Cano is. cecini cantū ⁊ canitū: a quo Hiero. formauit participiū cū in Apocalypſi inquit. Qui erant tuba canituri. Sed eius cōpoſita faciunt preteritum in ui diuiſas ſyllabas. Significatqꝫ proprie canere voce modulari. Hinc canere poete dicuntꝰ qm̄ ꝟſus rythmica ratione compoſiti ſunt: et cantando ꝓnūctiari ꝯſueuerūt. Virgꝭ. Arma virumqꝫ cano. Canere etiā is dicitꝰ qui non tm̄ ore: ſed q̄ fides organa ve pulſat: aut qui tibias inflat. Unde Canere receptui quod ſignificat poſt cōflictum milites a pugna eſſe reuocandos recipiēdoſqꝫ in tutū: quod fit cantu turbarum ⁊ clangore ſicut canit bellicū cum initur ꝯflictus ⁊ milites in pugnā ꝓdeunt. Vege. Tubicines ad bellū vocant milites rurſum receptui canentes reuocant. Sed quia veteres laudare ⁊ vaticinari verſibus ſolebant: factū eſt vt canere ꝓ laudare capiatur. Virg. Regēqꝫ canebant. Et pro vaticinari. Idem. Ipſa canas oro. Quandoqꝫ pro ꝑdicare ⁊ cū quodā vt exaudiri poſſit canore proferre. Mar. Quicquid fama canit donat arena tibi. Huius ꝟbi compoſita ſunt Accino quod eſt ad aliquid vel iuxta cano. Concino ſimul cano. Circūcino. Excino extra vel valde cano. Incino intus cano. Intercino inter agendum cano. Occino ſiue occano ꝯuiciū facio. Percino canendo perſeuero. Procino canendo ꝓfero. Precino ꝑdico prediuino: ⁊ antecano. Recino rurſus cano. Hora. lib. car. Quē deū cuius recinit iocoſa nomen imago. Interdum ſignificat in contrariū cano. Idē lib. j. carminum. Nunc ego mitibus mutare quero triſtia dū mihi fias recātatis amica. Eſt et Succino qđ ē ſummiſſa voce cano. Et om̄ia habent penulti. cor. Hinc deducuntur infraſcripta.

Canto as.frequentatiuũ:a quo cantatio cantatus cantator ꝛ cãtatrix. Cõpoſita mutant a in e. vt Accento as. vnde accentus. Concento a quo concentus. Occento ꝛ ſuccento. Excanto vero incãto ꝛ recanto ſeruant a. Aliqñ tñ cantare ponit̃ pro incantare. Virg. Frigidus in pꝛatis cantando rumpit̃ anguis.

Cantito as.penulti. coꝛ. frequentatiuũ a frequẽtatiuo foꝛmatum. Auguſti. Quales poetarum noſtroꝛum carminibus cantitantur.

Cantus us.a cano fit:ꝛ ẽ inflexio vocis. Et ꝓ cantione cuiuſcũqꝫ rei dꝛ. Virg. Cantuſqꝫ dedere.

Cantio idem qꝺ cantus. Cuius dimi. eſt cantiuncula.

Canticum pꝛopꝛie eſt elegãs et laſciuus cãtus. Quintilian⁹ Sit poete lectio cum ſuauitate quadã grauis ꝛ non quidẽ pꝛoſę ſimilis quia carmẽ eſt: et ſe poete canere teſtantur non tamẽ in canticum diſſoluta. gręci canticũ hymnũ vocant. Itẽ pſalmum. Sed ꝓpꝛie hymnus dicit̃ qui voce naturali fit: pſalmus qui aliquo muſico inſtrumento.

Cantilena: cantici conmpoſitio.

Canoꝛ cantus ẽ elegantia quedã ꝛ conſonãtia quedã. Quintilia. Vocis rationem Ariſtoxenus muſicus diuidit ρυθμον καὶ μελοσ εμμερον quoꝛũ alterum in modulatione eſt: alterum canoꝛe ac ſonis conſtat. Ouidius libꝛo. v. me. Nec tamen ille canoꝛ mulcendas natus ad aures.

Canoꝛoſus a. um. q̃ſi ſonoꝛoſus. Gel. Collectã coactãqꝫ vocem et magis claros canoꝛoſoſqꝫ ſonitus facit.

Canon latine regula: a quo canonicus a. um. quod eſt regulare. Auguſti. lib. iij. de ciui. dei. Quã ſolis obſcurationem nõ ex canonico ſyderum curſu accidiſſe ſatis oſtendunt. Et canon interioꝛ ſcuti locus: quo bꝛachia immittunt.

Canoniço as. latine regulo κἀι ελληνιστὶ κάνων καὶ κανονισματα.

Canopus penul. pꝛo. ciuitas ęgypti diſtans ab Alexandria. c. xx. ſtad. ex qua oꝛtũ ferunt Claudianũ poetam dicta q̃ſi canobus a Canobo Amycleo Menelai nauis gubernatoꝛe ibi ſepulto. Nã deuicta Troia in ęgyptum vi ventoꝛum delatus cum Helena gubernatoꝛem ictu ſerpẽtis quẽ Hemoꝛobida vocant amiſit: in eiuſqꝫ memoꝛiã vꝛbem condidit relictis ibi his qui ad nauigandum inutiles erãt. Nęc ſalubꝛis aeris benignitate homines allicit. Eſt ibi nili oſtium quod canopicũ vocant. Hinc Canopite. penul. pꝛo. dicti ſunt qui canopum habitant. Canopicus a. um. poſſeſſiuũ a canopo. Var. Nobis ſaperde videmur cum ſimus canopici.

Cantabꝛi. penul. coꝛ. Hiſpanię populi ſũt in extremis luſitanis finitimi his qui tractũ trans duriã ſeruant: Hi efferi ſunt ꝛ nullã vitã ſine armis eſſe exiſtimant. De quib⁹ Sirius. Cantaber añ oĩs hyemiſqꝫ ęſtuſqꝫ famiſqꝫ Inuictis. Et mox. Nec vitã ſine marte pati quippe oĩs in armis Lucis cauſa ſita eſt ꝛ damnatũ viuere paci. Cãtabꝛoꝝ regio cantabꝛia dꝛ. Sue. Do muit autẽ partim ductu: ꝛ partim auſpicijs ſuis cantabꝛiã. Hinc cantabꝛius a. um. Floꝛus li. iiij. Tantã amplexus cantabꝛiã efferã gentẽ ritu ferarum quaſi indagine debellabat. Cãtabꝛicus. um. Sue. in Aug. Extrema bella duo omnino ꝑ ſe geſſit Dalmaticum ꝛ cantabꝛicũ. Memoꝛię ꝓditũ eſt cãtabꝛos ſolitos canere peana leticię ſuffixos cruci ab hoſtibus. Cur aũt ſeptẽtrionales ſint ad arma promptiſſimi ruãtqꝫ in ferrũ ſine timoꝛe cauſa ẽ ſanguinis abũdãtia ſicut docet Victru. lib. vj. ecõtrario meridiani populi ꝓpt̃ ſanguinis exiguitatẽ timidioꝛes ſunt: ferro reſiſtere ſed ardoꝛes ꝛ febꝛes ſuſtinẽt ſine timoꝛe tñ coꝛpoꝛa ſeptẽtrionaliũ a febꝛi ſunt timidioꝛa ꝛ imbecilla.

Cantharus: penul. coꝛ. ꝛ cũ th. aſpirato gręcũ: eſt quo ſignificat̃ poculũ qꝺ baccho tribuitur: ſicut cyphus herculi a cantaro qꝺ erat nauigij genus. Vlp. ſcribit cantharos eſſe ꝑ quos aquę ſaliũt. Et cãtharus aial eſt cui⁹ fęmina nõ inuenit̃. Col. lib. viij. Nã ꝛ alecula modo capta ꝛ cantharus exiguuſqꝫ gobio quiſqꝫ denicqꝫ eſt incrementi minuti piſcis maioꝛẽ alit. Et cantharus latine ſcarabeus dicit̃. Vñ cantharolethꝛos locus eſt paruus in Thꝛacia: in qua vnũ hoc animal necatur ολεθροσ pernities dicitur.

Cantharis idis. vel canthariđa e. vermis terrenus viridis auri coloꝛe ſuperlucens: ꝛ naſcit̃ in ſummitate ramoꝛũ fraxini ꝛ oliuę cuius ſuccus in venas ingreſſus: vt venenũ interimit: ꝛ humano coꝛpoꝛi applicatus veſicas plenas humoꝛe facit. Oui. Cantharidũ ſuccos dãte parente bibas. Hiero. Ne magnopere gloꝛieris: ſi facias quod ſcoꝛpiones facere poſſunt ꝛ cantharides. Cantharides etiam ficoꝛum vermiculi dicuntur ꝛ pyri et pinus.

Cantherius: equus cui teſtes amputati ſũt qui ideo fit manſuetioꝛ. Var. Et ideo ꝙ ſemine carẽt ij cantherij appellantur: diſtatqꝫ ab equo: ſicut capus a gallo. Et Cantherij ſunt q̃ a ruſticis fere nominant̃ caballi: qꝛ ipſos equos cantherios vocam⁹ q̃ ſubicij ſolent a fabꝛis materiarijs: dũ moles arboꝛũ ſecant. Item cantherij tigna dicunt̃ Victru. lib. v. Et cantherij ꝓminentes ad extremã ſuggrũdationẽ: ſupꝛa cantherios templa. Itẽ cantherius vt auctoꝛ eſt. Var. mons eſt in ſabinis. Et cantherius genus iugi in vinea dicit̃.

Canteriũ vehiculi gen⁹: de quo Sene. epiſtola. lxxxvij. Mar. Cato cenſoꝛinus canterio vehebatur ęthiopico. Col. lib. v. Si regionis conditio permittit depo nemus haſtilia quibus adnectuntur ſingulę trãſuerſę pertice in vnam partem oꝛdinis quod genus iugi cantheriũ vocant ruſtici. Idem. Is vt dixi cantheri⁹ ꝓpius a terra q̃ꝫ vitibus oꝛdinarijs ſummittendus eſt. Hinc cantheriatus a. um. Col. lib. vj. Que pedaminibus adnixe ſingulis iugis imponunt̃ eas ruſtici cantheriatas appellant.

Canthus cũ th aſpirato: ferrum quo rotę extremitates vinciunt̃. Perſi. Vertentẽ ſeſe fruſtra ſectabere canthum. Hier. lib. iij. Re. Et axes earũ ꝛ radij ꝛ canthi ꝛ modioli omnino fuſilia. Canthos etiã gręci angulos oculoꝝ vocant: ſeu palpebꝛarũ pilum.

Canthes oꝛganoꝛum fiſtulę.

Canuſiũ Apulię oppidũ vbi lana laudatiſſima fit quę Canuſina dꝛ cui⁹ coloꝛ eſt rutilus. vñ Canuſinatus dicit̃ qui ẽ indutus canuſina veſte. Mar. Vt canuſinatus noſtro ſyrus aſſere ſudet.

Cappa nomẽ littere gręce ꝓ qua latini vtunt̃ c. Quo nomine gręci vt Suidas docet cum malũ hominem volunt ꝓuerbio ſignare vnum cappa: cũ peioꝛẽ duo cũ peſſimũ tria babere cappa dixerũt: volentes eum intelligi eſſe cretenſem cilica cappadoca qui ſingularis fuiſſe impꝛobitatis exiſtimantur.

Capparis penul. coꝛ. in Salomone fruticis genus eſt in oꝛiente ſil̃e lentiſco calidę ꝛ ſiccę virtutis: naſcitur pꝛecipue iin parietinis hoc eſt muris veterib⁹ et ſpleneticis ꝓdeſt. Seritur quoqꝫ in locis ſiccis area circum effoſſa ſtructis vndiqꝫ aut ex natura ripis: aut ex artificio lapidũ vt luxuriari permittatur. Colu. Capparis et triſtes inulę ferulęqꝫ minaces. Dicit̃ ꝛ cappar. Palladius. Hoc mẽſe mentha ꝛ paſtinata thymum ꝛ oꝛiganũ ꝛ cappar. Suidas καππαρισ παρατο εκ του καμπου αιρεσθαι τησ λεβοταϛησ οκαρποσ ονησιμοσ.

Cappadocia pontica regio eſt vt ſcribit Solinus: quę leuo latere vtraſqꝫ armenias comagenemqꝫ tãgens dextro multis aſię populis circumfuſa ad tauri iuga et ſolis oꝛtus attollitur. Euphꝛates eam ab armenia maioꝛe diuidit. Apianus minoꝛis armenię partem Ptole. vero minoꝛẽ armeniã eſſe ſcribit. Dicta Cap

padocia a cappadoce amne: ante Leucoſyria vocata
Unde cappadoces leucoſyrũ. Hinc cappadox ocis.
pe. cor. pro eo qui eſt ex cappadocia. Luc. lib. ij. Cap
padoces mea ſigna timent. Cappadocus a um. poſ/
ſeſſiuum. Perſi. Nec ſit preſtantior alter cappado/
cas rigida pingues clauſiſſe cataſtas. Suidas καπ/
παδοκι ακρηϛω και κιλικια.

Caper mas inter capras caſtratus. Mar. Dum iugu/
las hyrcũ factus es ipſe caper. Nam Virgi. impro/
prie caprum pro hyrco poſuit cum dixit: Uir gregis
ipſe caper: ſicut etiam improprie brutũ aial virũ ap/
pellauit. Ponit̃ tamen qñq; ꝓ maſculo caprarum: ⁊
Aries ꝓ maſculo ouium dum ſunt adulti nec tamen
coierunt. Nam qui minores ſunt inter capras hedi
inter oues agni dicũtur. Sed qui poſt calendas Au/
guſti concepti ſunt vocãtur ſocordes. Et dicit̃ caper
ſiue capra a carpẽdis virgultis. Rodit eñ omne vir
gultum: ⁊ in primis vites: ꝓpter qđ baccho imolari
caper ſolebat. Eſt ⁊ caper nomen propriũ grãmatici.

Capra quaſi carpa ꝙ virgulta carpat vl' ꝙ capret aſpe/
ra vel a crurum crepitu. Unde ⁊ crepas eas antiqui
vocabãt. Sunt autẽ capre domeſtice: Capree ſilue/
ſtres. Et capra a capro. Caprea a capreo licet non ſit
in vſu. Cuius diminutiuũ eſt capreolus. Similiter
capellus a capro: capella a capra diminutiua ſunt.

Capreus caprea capreũ: quod ex capro ſiue capra eſt:
vt pellis caprea.

Caprinus a um. idem qđ capreus vt caprinũ ſeuum.

Caprilus a um: idem quod caprinus: ſicut ab oue ouil
lus. Uar. ſcribit ſtercus caprillum ⁊ ouillũ ⁊ aſininũ
tertio ordine in agris ponendum.

Caprarius caprũ cuſtos.

Caprea penultima correpta: animal ſilueſtre quantum
ad greca vocabula nomen a vidẽdo atq; clarius aſpi
ciẽdo inquit Hiero. ſortitũ eſt. Nam natura ſua ha/
bet vt non ſolum ipſa videat: ſed ꝑſpiciat acerrime:
ſed ⁊ alijs viſum prebeat. Aſſerunt eñ hi quibus me
dicine peritia eſt: huic animali intra viſcera humorẽ
quendã ineſſe qui caliginẽ depellat oculoꝝ ⁊ obtuſio
res quoq; viſus exacuat. Caprearũ genera cõpluria
enumerat. Pli. lib. viij. Eſt Dama que raro manſue/
ſcit nebros etiã applellata. Sunt Ibices marie per/
nicitatis. Sunt Rupi capree. Sunt Pigardi. Sunt
Origes ſoli contrario pilo veſtiti: ⁊ ad caput verſo.
Sunt Strepſicerotes ⁊ platicerotes hi a cornibus
latis: illi a contortis nomen adepti. Eſt ⁊ caprea vi/
tis dicta: vt inquit Uar. ꝙ pariat capreolum. Et ca/
pree inſula vltra Surentum campanie vrbem circi/
ter octo milia paſſuũ nobilis coturnicum multitudi/
ne ꝗ ex Italia volãtes illic principio autũni capiũtur

Caprariꝰ cuſtos ſeu exercitator caprarũ ſic ⁊ capraria.

Caprimulgi: aues ſunt merule aſpectu aliquanto gran/
diores fures nocturni interdiu non videntur: nec ipſi
vident: intrant ſtabula caprarũq; vberibus propter
ſuccum aduolant: qua iniuria emoriunt̃ vbera. Hos
Ariſt. a caprarũ mãmis Aegotelas vocat.

Capraria inſula in mari tuſco ſeu liguſtico capris abũ/
dans quã greci Aegilon dicunt.

Capreolus cũ accentu in antepe. aial ſilueſtre diminu.
a capreus. Uir. Preterea duo nec mihi tuta valle re
perti capreoli. Eſt ⁊ capreolus coliculus intortus in
vitibus vt cincinnꝰ. Is eñ vites capit. Unde ⁊ a ca/
piendo capreolus eſt dictus: greci hunc helicem nr̃i
etiã pãpinũ ⁊ clauiculã appellãt. Et capreolus vt li.
xij. Col. author eſt genus eſt bicornis ferramẽti.

Caprigenus a um penultima correpta: qđ eſt ex capra
rum genere.

Caprile penultima ꝓducta locus vbi capre ſeruãtur ſi
cut ouile vbi oues.

Capricornus: celeſte ſignũ qđ pana fuiſſe exiſtimãt qui
poſteriorẽ partẽ in effigiẽ piſcis: priorẽ vo in formã
hirci cõmutauit. Cuius ingeniũ admiratũ Iouẽ fe/
runt hãc figurã in celũ tranſtuliſſe. Stellam habet in
naſo: in pectore duas: in pede duas: inter ſcapulas ſe
ptem: in ventre ſex: in cauda duas.

Caprificus pe. cor. a carpẽdo ꝙ parietes ac muros car
pat. Mar. Marmora meſſale ſcindit caprificus. Eſt
eñ e ſilueſtri ficus genere: nullo vnq; tempore matu
reſcens que fere ruptis ſaxis ſolet erumpere. Tereñ.
in Adel. Illic etiam vbi caprificus magna eſt. Capri/
fici etiã appellati ſunt caniculares dies: ꝙ eo fere tẽ/
pore liberi ſimul atq; ancille ſub arbore caprifico ſa/
cra faciebant.

Caprificatio a Pli. vocat̃ in arboribus quotiẽs illarũ
cortex ꝑ ver cultello findit̃ vt cõmodius ꝓrumpãt ar
bores atq; creſcant ſimilitudine caprifici que ruptis
muris intumeſcens exit. Sunt tñ qui eã ſacrificatio/
nẽ magis appellandã cenſeant.

Capero as: pe. cor. frontẽ rugis contraho ⁊ aſperitatẽ
vultus oſtendo: qđ a criſpis caproꝝ frontibus vel a
cornuũ caprinoꝝ ſimilitudine tractũ eſt. Unde ⁊ ca/
peratũ rugoſum dicitur. Plaut. Quid illud eſt ꝙ il/
le caperat frontẽ ſeueritudine.

Caphareus Euboie mons altiſſimus verſus helleſpõ
tum ad quẽ plurima grecorum claſſis afflicta eſt pro/
pter Palemedis necẽ. Uñ ⁊ caphareũ mare dictũ.

Capis idis: poculi genus a capiendo: cuius diminuti.
eſt capidula. Capis vero is: nomen eſt eiꝰ qui capuã
edificauit. Uirgi. lib. x. Et capis hinc nomen capuane
diciꝰ vrbis: de quo dicteus cretẽſis ⁊ dares phrygiꝰ
Itẽ interpres quinti calabri poete lib. xij. qui cũ maie
ſtate Homeri videt̃ quaſi contẽdere.

Capio is: cepi captum ſignificat accipio. Uirg. lib. iiij.
Georg. Cape ſacra manu: cape robora paſtor. Sed
differũt quia capere eſt cũ effectu. Accipe cũ quis nõ
ſic accipit vt habeat. Ideo vt Ulp. ſcribit non videt̃
quis cape qđ eſt reſtituturꝰ. Et cape eſt ſponte vel nõ
ſponte. Accipe tantũ ſponte. Unde dicimus cepi la/
bores: cepi moleſtiã: cepi vel ſuſcepi inimicitias: acce
pi calamitatẽ/cladẽ/contumeliã/vulnus. Uale. max.
Ut nõ coactus enſem accipe: ſed ſua ſponte ſumere
videret̃. Habet interdũ reciprocũ vſum: vt idẽ ſit ce/
pi voluptatẽ ⁊ cepit me voluptas. Quãdoq; capere
eſt delectare/ineſcare/irretire ex trãſlatione ferarum
venatuſq;. Hora. in ſer. Te cõiunx aliena capit: mere
tricula dauum. Quandoq; propiciari. Lucr. lib. ij.
Nec bene pro meritis capitur nec tangit̃ ira. Qñq;
decipe. Uirgiliꝰ. Captiq; dolis: lachrymiſq; coacti.
Qñq; eligere. Teren. in Hecy. Cũ illũ gnatũ cepi/
mus. Quãdoq; ꝑpeti: vt apud eundẽ in Heau. Dux
abs te abſum omnes mihi labores quos cepi leues.
Qñq; tenere: vt in Eu. Dij boni quid turbe: edes no
ſtre vix capient. Quãdoq; detinere occupare. Cice.
Nauem quãdã piratarũ preda onuſtã cepere. Uar.
Quid hic venator non cepit: Hinc vincti captiui di/
cunt̃ ꝙ nõ ſui iuris ſint/ſed in poteſtatẽ alioꝝ redacti
Quoniã autẽ qui ita capti ſunt non ſunt amplius ſui
iuris/ſed libertate priuati ſunt. Ideo captos quãdo/
q; pro priuatis ſiue impeditis accipimus. Hinc men
te capti dicunt̃ amentes: hoc eſt qui mentis compo/
tes non ſunt Capti oculis qui offico oculorum priua
ti ſunt. Et capere eſt amore accendere. Unde capti
amantes dicuntur. Lucil. Ne aſpectu ⁊ forma ca/
piare aliena. Multa alia ſignificat pro diuerſitate re
rum cũ quibus iungit̃: vt cape manu eſt cõprendere.
Capere oculis videre. Capere auribus audire. Ca/
pere mente intelligere. Cape ꝯſilio eligere. Capere
aſtu vel dolis decipere. Capere cantu aut voluptate
delectare. Uirgi. Carmina quo capte. Capere conſi/
liũ eſt deliberare. Cice. Cum autez conſiliũ hoc prin/

ceps cepiſſet. Capere ratioñe eſt modum inuenire. Plaut. Rationem cepi vt ⁊ amāti obſequerer: ⁊ patrē non offenderē. Et Capere facere. Tereñ. Non ſi capiūdos mihi ſciam inimicos omnes hoies. Huiꝰ verbi cōpoſita ſunt Accipio: a quo preaccipio: concipio/decipio/excipio/incipio/intercipio/ ꝑcipio/ precipio/recipio/ſuſcipio/ ⁊ vſucapio: que ci ſyllabā cor. habent. Deriuata ſunt que ſequūtur. Et preterea Anceps. Forceps Princeps.

Capto as: frequētatiuū a quo Captito aliud frequentatiuū licet nō ſignificent frequēter capere: ſed blandicijs: illecebris ⁊ huiuſmodi aliquid venari: vt hic obſequēdo captat aurā popularē. Mar. Capto tuā pudet heu ſed capto maxime cenaz. Tu captas alias iam ſumus ergo pares. Hinc captator venator ⁊ captatio venatio. Cice. Captator ille popularis aure. Aliquādo captare cape decipere. Mar. Si captare feras aucupis arte placet. Cice. Captatio calliditas inſidie: fraus.

Capeſſo is ſſi ſſum: ſm Dio. vel capeſſiui itū ſm Priſ. verbum actiuū: Nam dicimus Capeſſo capeſſor/ ⁊ ſignificat capio/ſiue ad capiendū eo. Sal. lib. ij. hiſto. Diuerſa vti ſolet rebus ꝑditis capeſſiuit. Liui. lib. j. tm̄ pro capio poſuit. Ergo vt ſegregaret pugnam capeſſit fugam. Similiter Apul. Dum ſimul illi ⁊ gratias agerem et dona capeſſerem. Virg. Pro exequēdum ſuſcipio Mihi iuſſa capeſſere fas eſt. Plaut. in Aſi. pro imitto. Quoniā magis in altum te capeſſis tam eſtus te in portum refert. Idem in Amp. pro recipio dixit. Nunc pergam hera imperium exequi: et me domū capeſſam,

Captiuus dicit̄ quaſi capite diminutus qui ingenuitatis fortuna excidit cū nō ſui iuris ſit: ſed in aliorū ꝓteſtatē redactus. Hinc captiuos as: qd̄ eſt captiuū facere. Captiuitas ipſa detentio: grece autem αιχμαλωτοσ αιχμη και αιρουμαι ειλομην.

Captus a um participiū eiuſdem ſignificātie cum ſuo verbo. Et quādoq̄ pro priuato ſiue impedito ponit̄ Unde mente capti: capti oculis qui officio mētis vel oculoꝝ priuati ſunt. Et capti dicunt̄ amatores a trāſlatione ferarū. Tereñ. Captus eſt pro eo qd̄ eſt tenetur ⁊ irretitur.

Captus us: ſors intelligit̄. Tereñ. in Adel. Preterea vt captus eſt ſeruoꝝ nō malus hoc eſt vt ſe habet ſeruoꝝ conditio ſicuti exponit Do. Aliquando Captus deceptio cuius dimi. eſt captiūcula que ⁊ captio dicitur. Itē Perceptio qd̄ homo capere poteſt. Sene. Quod captu quidē difficile eſt: ſed facile memoria retinetur. Unde et pro capaci ponitur quādoq̄ Cice. lib. ij. Tuſc. Greci prudenter vt eſt captus hominuz id eſt tam prudentes q̄ȝ capax prudentie eſt hominuz natura. Apul. dixit ſupra captum cogitationis ꝓ eo qd̄ eſt ſupra q̄ȝ quiſpiā cogitatione capere ⁊ cōplecti poſſit. Item delectatio. Cice. Non poſſum abduci ⁊ ſuſcipere e pecunia captum.

Captio ipſe actus capiendi ſeu decipiēdi: ſeu id per qd̄ quis capitur: cuius diminutiuū eſt captiuncula. Gel. Quid autē legis iſtius propugnatores in illa captiūcula faciēt in qua he eſſe neceſſum eſt.

Captioſus a um: qd̄ capit ſeu decipit: ⁊ dolis plenum eſt. Gel. Non eſſe captioſis queſtionibus reſpondendum. Hiero. cōtra Vigi. Captioſa eſt iſta ꝯcluſio.

Captura detentio. Unde in euangelio legitur. In captura piſcium.

Capax quod aliquid capit: ſeu continet aut continere poteſt. Eius contrariū Incapax.

Capſa a capio ꝙ res in ſe recōditas capiat vel ἀκαμπω quod eſt curuo: cuius diminutiuum eſt capſula: a quo capſella. Hiero. lib. j. Regū. Vaſa aurea que exoluiſtis ei pro delicto ponetis in capſellā ſed tamē quid ſit capſa ⁊ vnde dicatur Suidas noſter ita ſcribit καφαλεγεταικυριοσ κισηκαι θηκη

Capſarius qui mercedis gratia ſeruāda in balneis veſtimenta ſuſcipit: cuſtos capſarum. Et capſarius qui portat libros. Augu. in pſ. interpretatione. Modo nobis ſeruiunt Iudei tanq̄ȝ capſarij noſtri qui ſtudē dentibus codices portant.

Capſus: carruca vndiq̄ȝ tecta.

Capſaces pe. correpta: lechytus oleiq̄ȝ vas. Cypria. libro. ij. epiſto. Fidelia farris non deficiet: ⁊ capſaces olei nō minuet̄. Sic Hiero. ad Euſto. Vidua ſareptana ipſa cum filijs nocte moritura: prophetam paſcit eſuriētem ⁊ mirum in modū capſace cōpleto q̇ alendus venerat alit.

Capedo pe. pro. dicit̄ ſpacioſum aliquid ⁊ rei alicuius capax. A quo fit intercapedo ⁊ diſcapedino as: ⁊ diminutiuū capedūcula. Capedūculas ẛo nume accepit. Cice. pro vaſis vel armarijs traditionū eius.

Capula vas vinarium quo veteres vtebantur: ꝙ facile capi poſſet. Var. Capis ⁊ minores capule a capiēdo nominantur ꝙ anſate ſint.

Capulator qui capulis oleum deplet.

Capulus ⁊ capulū dicit̄ quicquid rem aliquā intra ſe capit. Col. lib. v. Neq̄ȝ eñ cāterius editior eſſe debet pedali altitudie: vt ſit q̄ teneri adhuc pāpini capulis ſuis ꝓlixius illigent. Unde ⁊ id quo mortui efferunt̄ Capulus dicitur ⁊ Sarcophagum. i. ſepulchrū Capulum dicit̄ ꝙ corpora capiat. Apul. lib. iiij. me. Ibi capulos carie ⁊ vetuſtate ſemitectos quibus inhabitabāt puluerei ⁊ ciueroſi mortui paſſim a future prede receptacula referamus. Et capulus manubrium gladij ꝙ manu capiatur. Virg. Capulo tenus abdidit enſem. Sueto. in Calig. Veniā inquit veniam et hic mecū capulū gladij crebro verberās q̇ cinctꝰ erat

Capularis ſenex. i. capulo intimus vel morti cōtiguus et mox capulo efferendus. Reumq̄ȝ capularem dicebant ꝙ capulo dignus eſſet.

Capulū nodi genꝰ in fune q̇ indomita iumēta capiunt̄.

Capiſtrum capitis vinculum quod equis ⁊ huiuſmodi animalibus adhiberi ſolet ne fugiant. Mar. Paret purpureis aper capiſtris. Colu. lib. v. vitibus attribuit cum inquit. Quare cum ad ſummū palum recta vitis extēta eſt capiſtro conſtringitur: ne fetu grauata ſubſidat curueturq̄ȝ. Et capiſtrū dicit̄ qd̄ circa os brutoꝝ inuoluit̄ ne cibos decerpant.

Capiſtro as: capiſtruȝ impono. Pli. Si inter arbores viteſq̄ȝ aret̄ fiſcellis capiſtrari boues oportet: ne germinū tenera decerpant.

Capiſteriū genus vaſis ruſtici. Quod tamē vt Georgius Merula inquit Schaphiſteriū melius dicit̄. Caput dr̄ totū illd̄ qd̄ collo ſuſtētat̄. Inde dictū ꝙ ab eo initiū capiāt ſenſus ⁊ nerui. Partes capitis diſtinguūtur. Nā eminentior pars vertex appellatur. Tū corona capitis diuidit̄ in frontē anteriorē ⁊ occiput poſteriorē partē: media vero ſunt tp̄a quibus aures inherent. Aliqñ caput dicitur origo ⁊ principiū. Virgilius. O latij caput horum et cauſa malorū. Item caput vocatur prima ſumma in pecunia: a qua fenus aut alius queſtus fit veluti rei principium. Sed hāc etiā ſortē dicūt. Et caput initia parua in libris: qd̄ capitulū apud vulgares dicit̄. Gel. Quod in capite ſuperiore a Critolao ſcriptū eſſe diximus. Compoſita a caput ſūt occiput ⁊ ſynciput: grece απο του κρατεειν λεγουσι κρασ κρατοσ.

Capitis diminutio eſt prioris ſtatus ꝑmutatio: Cuius tria ſunt genera: vt ſcribit Paul. Maxima minima media. Tria eñ ſunt que habemus libertatē/ciuitatem/familiā. Igitur cū hec oia amittimus: maximam eſſe capitis diminutionē vt eſt deportatio. Cum ẛo amittimus ciuitatē et libertatem retinemus: mediaz

eſſe capitis diminutionem: vt eſt in colonias latinas
tranſportatio. Cum libertas et ciuitas retinetur: fa/
milia tm̄ mutatur minimā eſſe capitis diminutionez
conſtat velut eſt adoptatio.

Capitulū diminutiuū: ſignificat paruū caput. Plaut.
Meū capitulū me⁹ ocellus. Tereñ. O lepidū capi/
tulū. Aliqñ dr̄ initiū ſentētię: ꝙ principia ſentētiaꝝ ꝑ
metaphorā etiaz capita vocantur. Item capitulū di/
citur caput columnarū. Pli. lib. xxxvj. Proximū co/
lumnis ſpirę ſubditę ⁊ capitula addita.

Capitellū diminutiuū eſt a capitulū: qđ mō ſignificat
paruū caput. i. groſſiorem ſummitatē cuiuſcūq; rei.
Pli. Herba impia vocat̄ roriſmarini aſpectu thyr/
ſi modo veſtita atq; capitata. Inde ramuli aſſurgūt
ſua capitella gerētes. Et capitulū dicitur Epiſtyliuz
id eſt caput colūnarū. Nam baſis inferior pars eſt.
Hoc et capitulū vocatur: gręce βασισ.

Capitulo as: capitulū appono. Unde capitulatū dicit̄
qđ veluti capitulum quoddā in ſummo habet. Pli.
Folia bouis: lingue ſimilia: minora ſubcandida ⁊ in
cacumine capitulata. Capitulare etiā eſt ꝑ capita di/
ſtinguere. Et capitulata dicuntur ſcripta quę per ca/
pita diſtincta ſunt. Unde ⁊ Recapitulare eſt breui/
ter quę dicta ſunt per capitula recenſere.

Capitatus a um: qđ in caput latius creſcit. Unde capi
tatū porrū. Col. lib. xij. Cultus aūt porri capitati aſſi
dua ſarritio et ſtercoratio eſt. Itē capitata vinea ab
eodē dicitur ſicut ⁊ brachiata.

Capitoſus a um: qđ magnū caput habet. Interdū dici
tur qđ eſt duri capitis q̄ et ceruicoſus appellat̄.

Capitale et per Apocopē capital dicit̄ facinus qđ ca/
pitis pęna luitur. Plau. in Mene. Tāetſi capital fe
cerit facile aſſeruabis. Nonius docet capital eſſe ca/
pitis periculū. Var. vero faſciolā qua capillos necti
mus Capitalis homo non ſolū pro ſceleſto qui eſt di
gnus puniri capite: vt apud Ci. lib. v. Phil. Ad quē
dam ſeptimū capitalē hominē collegā ſuū miſerat ſ;
etiā qui eſt prompt⁹ ad cedē vt idē Trebatio. Tres
viros vites cenſeo. Audio capitales eſſe. Capitalis
oratio. Cice. j. offi. Capitalis oratio eſt ad ęquationē
bonorū pertinens. Capitalis ira ab Hora. dicitur ꝓ
mortifera. Capitale odiū. Capitalis morb⁹: ꝙ caput
et vitā hominis petant. Capitalis locus dicebatur:
vbi ſi quid violatū erat capite violatoris expiabat̄.
Capitale pactū. Capitale vitium. i. ꝓpter qđ debeat
quis ad pęnā capitis peti.

Capite cenſi dicebant̄: qui in plebe Roma. perq; pau/
co aut nullo ęre cenſebantur: a cenſione capituz ꝙ ſo
lis capitibus cenſerentur: quibus proletarij nomen
impoſitū a munere officioq; ꝓlis ędēdę ꝙ cum re fa/
miliari parua minus poſſent rempu. iuuare: ſobolis
tn̄ gignendę copia ciuitatē frequētarent.

Capitolium locus Romę ſic dictus a capite hominis
ibi reperto dum foderent fundamēta. Ante eñ Tar
peius mons dicebatur a virgine veſtali Tarpeia: q̄
ibi a ſabinis necata atq; ſepulta fuit.

Capitolinus fuit cognomen eius qui caput inuenit: cū
capitolium extruendū eſſet.

Capitium capitis tegmen a capite. Alij a Capio: ꝙ ca
piat. i. comprendat pectus. Var. de. vi. pa. Tunicas
nec capitia nec ſtrophia.

Capidulum idem qđ capitium.

Capillus quaſi capitis pilus q̄uis ⁊ pro omni pilo ſu
matur. Oui. Quot ſunt mentula: quos habet capil/
li. Capillus veneris herba ſic dicta ꝙ delapſos poſt
alopeciā capillos recreat: ſiue ꝙ capilloꝝ fluores co/
(ercet.

Capillo tenus ſignificat vſq; ad capillos.

Capillare eſt capillos facere. Pli. Polithrix in viridi
capillatur: ſed defluuia comarū facere dicitur. Unde
capillatus ta tum: quod crines longiores habet. Ci/
cero. Capillatior ſolito.

Capillamēta quandoq; capilli dicunt̄. Apul. lib. ij. de
aſi. Tanta eſt capellamēti dignitas: vt q̄uis auro ve
ſte gēmis omniq; cetero mūdo exornata mulier ince/
dat tn̄ niſi capillū diſtinxerit: ornata non poſſit vide/
ri. Pli. lib. xxj. Herba croci eſt folio anguſto pene in
capillamenti modū. Transfertur quoq; ad herbas ⁊
arbores. Col. lib. v. Qui nō ſolū in eo errabant ꝙ pri
mi anni capillamenta ſeminū intacta patiebātur: ſed
poſt bienniū cum viui radix recidenda erat: omnem
ſuperficiē amputabāt ſolo ten⁹ iuxta ipſum articulū.

Capus a caporū latitudine: in quibus ſita eſt dicta eſt
vt inquit Cice. Liui. a Capy Samnitū duce qui lin/
gua illa falco a pede introrſus curuato vocatam ait:
ſub cuius augurio credit̄ condita. Vir. a Capy enee
cōmilitone qui eā condidit. Strabo ꝙ eſſet. xij. vrbiū
caput hęc eſt ipſa duodecima reliquis. xj. ꝑeſſet dictā
exiſtimat. Quidam a capacitate: ꝙ omnem vitę fru/
ctum capiat. Euſtachius etiā ab vrbe cui nomen cam
pus eſſet vel a cāporū planicie abundātia: vt Diod.
qui. M. Genutio ⁊ Agrippa Curtio Chilone. Coſ.
exędificatam eam tradidit: Ab hac ea regio campa/
nia dicta eſt a qua campani.

Capus ⁊ Capo. Varro. Ex gallo gallinaceo caſtrato
fit capus.

Capnos: latine fumus. Quo nomine dicta eſt etiā her
ba naſcēs in ſegete hordeacea q̄ lachrymas vt fum⁹
ꝓuocat. Hinc acapna dicta ſunt ligna ſicca q̄ ſine fu/
mo ardent. Et vinū capnias hoc eſt fumoſum.

Caprone iubę ſeu comę in fronte deuexę quaſi a capite
prone. Lucil. lib. vij. ſaty. Aptari caput atq; comas
fluitare capronas altas frontibus immiſſas vt mos
fuit illis.

Capruncolū vas fictile ſic dictum ꝙ capax ſit.

Capena penulti. pro. oppidum vicinum Romę iuxta
fontē egerię. Hic capenas tis: ē ⁊ capena porta Ro/
mę a capena vrbe quā italus rex ędificauit: vt inquit
Soli. Hęc etiā porta apia dicta eſt per quā capuam
itur: vt Frontinus libro de aquęductibus teſtatur.

Carambis promontoriū magnum a ſeptentrione por
rectum arietinę frontis habens formā qđ longo ſpa/
cio pelago incumbens ſcythicę obiectum peninſulę
eaxinū pontum bimarez videtur efficere. Dionyſius
Libyc⁹ αει προσ βορεην τε και αυτολιην ορο/
ωσ αι μεσσαι δερθα καὶ ερθα δυω ανεχουσι
κολωναι η μεν υπερνοτιη την τεκλειοισ κα/
ραμβιν. Et Euſtachius eiuſdez interpres multa ſci
tu digniſſima.

Carabus penultima correpta: genus piſcis.

Carbaſus pe. cor. generis fęmi. ſm̄ Priſcianū. generis
maſcu. ſm̄ Phocā. Probus vero ⁊ caper dicūt eſſe
maſcu. ⁊ fęmi. in ſingulari neu. vero in plurali genus
lini eſt mire tenuitatis in Hiſpania primū repertum
vt ſcribit Pli. Ex carbaſo fiebant vela nauium quę ⁊
ipſa carbaſa dicuntur. Cice. de ſuppli. Taberna car/
baſeis intēta velis. Carbaſinis veſtibus indi et ara/
bes corpora velant: quę ſunt auro purpuraq; diſtin/
cte. Curtius vero docet carbaſum eſſe pallium quo
fęminę amiciuntur opulentię cauſa: vt ſerito aut te/
nui lino. Vale. Max. lib. j. Maxime vero virginis
Aemilię diſcipula extincto igne tutā ab omni reprę/
henſione veſte numen pręſtitit. Qua adorante cum
carbaſum quem optimū habebat foculo impoſuiſſet
ſubito ignis emicuit.

Carbo dicitur cum extincta fuerit pruna. Perſi. Illa
prius creta mox hęc carbone notaſti. i. nigro ⁊ extin/
cto. Aliquando dicitur carbo cum eſt ignitus. Pli.
lib. xviij. Et cum cinis in foro concreſcit: ⁊ cum carbo
vehementer perlucet. Gręce Anthrax dicitur. Eſt et
carbo viri cognomen.

Carba ventus aphrycus dicit a Victr. nri naute carbi nū nominant quē libicū hodie vel rura vocant.

Carbūculus paruus carbo ⁊ carbunculus tuber ſeu vitium ex inflāmatione ꝓueniens. A candenti carbone dict⁹ ꝓpter inflāmationē. De hoc Celſus. Nō aliud carbūculo peius eſt. Eius he notę ſunt rubor eſt: ſupꝙ cū non nimium puſtulę eminent maxime nigre: interdū ſubliuidę aut pallidę. In his ſanies eſſe videt: Infra colorez niger: ipſum corpus aridum ⁊ durius ꝙ̃ naturaliter oportet. Preterea carbunculus vitiū eſt in vitibus atꝙ arboribus cum quodaz quaſi vredinis carbone vuę et fructus vruntur. Terra eñ ſole pferuet: ita vt radices ſatorū cōburat. Pli. lib. xviij. Plerięꝙ dixere rorē inuſtū ſole rubiginis cauſam eſſe et carbunculi vitibus. Solet id accidere vuis tertio et ſexto Idus Auguſti ſub decretorio illo ſydere qđ caniculā appellant. Varro lib. j. de re ruſt. vbi terrarum genera diuidit ait. Lapis marmor rudis arena ſabulum/argylla/ rubrica/ creta/ carbunculus. Pli. Sic affligit et vitem carbūculus quę terra ita vocat. Eſt ⁊ carbunculus gēma propter colorē ꝙ ſit ignit⁹ vt carbo: cuius fulgor nec nocte vincitur: adeo vt flāmis ad oculos vibret. Gignit in libya apud troglo/ditas. De hoc Hiero. Pli. lib. xxxvij. Principatū habent carbūculi a ſimilitudine igniū appellati cū ipſi non ſentiant ignes. Unde ⁊ a quibuſdā carbūculi dicuntur Apyraſte. Sumitur quādoꝙ carbūculus ꝓ terra vbi teſſellę lapideę et nigrę reperiūtur. Palladius in Januario mēſe Carbūculus niſi ſtercoretur macras vineas reddit. Pli. lib. xvj. Maximeꝙ ſabulum humidū aut carbūculū aut tophaceā formā.

Carbunculare eſt carbūculum pati. Pli. lib. xxiij. Succus eorum carbūculantibus circa oculos vlceribus excreſcentibus et puſtulis efficax. Et carbūculare eſt more carbonum fieri. Idem libro. xij. Verum ⁊ his ſua iniuria eſt: atꝙ cęli intēperie carbunculant fiūtꝙ ſemina caſſa ⁊ inania.

Carcedon penul. ꝓ. grece carthago dicitur. Inde carchadonius carthaginenſis. Unde a Plauto dictum eſt. Carchedonius vocatur hec comedia latine penulus. Et carbūculos auctore Pli. carchedonios vocauere ꝓpter opulentiā carthaginis magnę. Dicta carchedon a carchedone conditore cuius meminit Apianus. Sed vulgatior fama eſt conditam fuiſſe a Didone Euſtachius multa in Dionyſio Suidas καρχηδων η αφρικη εξ ης ωρματο ο μεγας κυπριανος ταυτης κιπιον καθειλεν εις εδαφος η μετα τον πρωτον συνουκις μονεπτκοσια ετηκρατησας α των περιοικων.

Carcer locus in quo ſeruantur noxij vel vndecūꝙ quis exire prohibetur quaſi coarcer a coercendo vt docet Varro ꝙ vincti in eo cuſtodiuntur ⁊ ꝓhibentur exire. Eſt enim cuſtodię locus qui grece philaca dicit. Unde ⁊ in circo vnde emittebant equi carceres ſūt appellati ꝙ coerceantur equi ne inde exeant anteꝙ̃ magiſtratus ſignū miſerit. Et licet q̇dā dicāt in ſingulari tantū ſignificare cuſtodiam publicam in plurali currentium equorū repagula vel funes qui equis ad metam currere volentibus opponuntur. Cice. tamē vtrūꝙ indifferenter poſuit. Nam in Cato. ſic inquit. Nec vo velim q̄ſi decurſo ſpacio ad carceres a calce reuocari. Et lib. iiij. ad Heren. Quaſi ſi q̇s ad olympiacum curſum venerit et ſteterit vt emittatur impudēteſꝙ illos dicat eſſe qui currere cęperint ipſe intra carcerem ſtet. Qr autem carcer pro facinoroſorꝫ cuſtodia a coarcendo dicat: patet ex verbis Liuij lib. j. ſcribentis. Cum in tanta multitudine hominū diſcrimine rectę an perperam facti confuſo facinora clandeſtina fierent: carcer ad terrorē increſcentis audacię media vrbe immin et foro edificatur. Carceres tamē interdum pro furibus ſeu captiuis poni ſolet.

Carcerarius a um: quod ad carcerem pertinet. Plautus in Cap. Aegre mihi eſt hunc queſtum facere carcerarium.

Carcinus penultima correpta carcer animal ⁊ ſignum cęleſte. Vide in dictione cancer. Luca. xiiij. Ter geminus chiron. Et idem. Quod carcinus ardens humidus egroceros.

Carcina ciuitas eſt a qua ſinus carcinites vbi ⁊ carcinitus amnis vt auctor eſt Ptolemeus.

Carcinoma atis: penul. cor. cancer morbus. Pli. lib. xx. Aqua quoꝙ eius decocta neruos articuloſꝙ mire iuuari ſi foueant vlcera ⁊ recētia ⁊ vetera carcinomata que nullis alijs medicamentis ſanari poſſunt. Cato de re ruſt. Et ſi quid in mām̄is vlceris natum ⁊ carcinoma/braſſicam tritam opponito: ſanum faciet Celſus tria facit eius genera. Primū cacoethes cuz vlcus quidem preſſum eſt: ſed quę circa ſunt intumeſcunt. Secundū ſine vlcere. Tertium quod thymiū vocat. Grece carcinus dicitur.

Cardia latinę cor. Inde Cardiacus ⁊ Cordiacus ἀπὸ της καρδιας id eſt a corde: ſiue ab ore ſtomachi quod cardiam quoꝙ gręci vocant: non ꝙ paſſionem illam cor ſuſtineat ſed ſtomachus: ⁊ periculum ſit ne cor attingat. Cor. Cel. Cordiacus morbus ex nimia imbecillitate corporis et languente ſtomacho ſudore nimio naſcitur. Iuue. Cardiaco cyathum non porrecturus amico. Eſt ⁊ Cardia nomē vrbis in thracia a cordis ſimilitudine vocata. Solinus. Cardia ꝙ in cordis facie ſita ſit dicitur.

Cardinum penultima correpta: herba ſuauis odoris a quibuſdam Naſturtium dicitur.

Carduus herba vulgo nota: a qua carduellis auis appellata eſt.

Carduellis auis parua: a capite rubro alis luteis albo nigroꝙ diſtinctis dicta ꝙ carduorꝫ ſemine paſcatur.

Cardo inis dicit quaſi cor ianuę quo. ſ. illa mouetur. Nam vt animantia motum a corde ſuſcipiunt: ita fores a cardine. Virg. Foribus cardo ſtridebat ahenis Hinc apud Romanos dea Carna quaſi cardina fuerat. Cardines etiaz dicunt altiſſimę cęli partes quas gręci polos et latini vertices etiam dicunt a ſimilitudine eorum circa quos valuę voluūtur. Ponitur interdum cardo pro oportunitate. Virgili⁹. Haud tanto ceſſabit cardine rerum. Quod Ser. inde tractum exiſtimat: qđ in ꝓuerbio dicitur. Res in cardine eſt. Et circa id verti cardinez dicimus: in quo ſumma rei eſt. A cardo fit cardineus a um: ⁊ cardinalis et hoc cardinale quę pro pręcipuo poni ſolent. Cardinales circa quos fides chriſti vertitur.

Careo es carui ⁊ caſſus ſum caritū ⁊ caſſum ſm̄ Priſ. Et eſt proprie carere rem deſiderataz nō habere. Ineſt enim velle et deſiderare in carendo. Et carere in bono dicitur non in malo. Et proprie videtur eſſe de his cōmodis quę olim poſſedimus quibus indigem⁹ Nam qui priuatus eſt nec vnꝙ̃ regnauit ſatis recte non poteſt dici carere regno: cum id elocutionis genus pertineat ad eos qui olim fuerūt reges: ⁊ poſtea regno expulſi ſunt. Quod accidit tarquino ſuperbo. Conſtruitur hoc verbum cum ablatiuo: licet cum accuſatiuo iunctum inueniatur. Plaut. in Mene. Dare vna opera penſum poſtules: inter ancillas ſedere iubeas lanam carere. Quod eſt a carēdo ꝙ eam tum purgant et deducunt vt careat ſpurcicis. Ex quo carminari dicitur. Differunt enim ab inuicem Careo et Indigeo: ꝙ indigemus neceſſarijs vt vacemus litteris. ſ. pecunia et liberis. Caremus vero non indigemus honoribus/dignitatibus et huiuſmodi: quę nō ſunt neceſſarię ⁊ tamen vellemus. Et caremus multis ſeruis ꝙ̃uis eis non indigeamus. Improprie tñ

dicimus Careo damno: careo culpa: careo febre: ſignificare volentes me non febricitare. Eſt enim Acyrologia. i. improprius ſermo. Ecõtrario dicimus habere febrem cum illa nos habeat.

Carex femi. generis herba acuta et duriſſima: ſimilis aſparago. Virg. Et carice paſtus acuta.

Carectum locus caricibus plenus. Idez. Tu poſt carecta latebas.

Caries vetuſtas vel putilago. Lucil. lib. vij. Ne auriculam obſidat caries ne vermiculiq;. Auſo. Jt tineas cariẽq; pati te charta neceſſe eſt. Sunt qui cariem interpretentur vermiculuz illũ qui ligna rodit: et vulgo carolus dicitur. Col. libro. xij. Omnis materia in edificia ſuccidi debet luna decreſcente: ab vigeſima vſq; in trigeſimã: q: ſic ceſa iudicatur carie non infeſtari. Pli. Cedri oleo peruncta materies: nec tineam nec cariem ſentit. Idem pro carolomento lib. xij. accepiſſe videtur cũ inquit. Celeriter ea cariem ſentit. Hinc carioſus a um: qđ eſt carie plenum.

Caras nomeu propriũ regis qui regioni carie nomen indidit. Cares vero dictus eſt Statuarius Liſippi diſcipul⁹. Cares numero plurali populi a caria. Cares ſb̃ minoe fuerũt ⁊ tũc leleges dicebant̃ ⁊ inſulas habitabant poſtea facti ſunt continẽtis habitatores multũq; maritime ore ⁊ mediterranee occupauerũt

Caria regio minoris aſie inter Lyciam ⁊ Joniã Strabo Cariam a Borea Meandri flumine clauſit ab occidenti Jcario ⁊ myrthoo pelago a meridie rhodiẽſi Ab ortu lycijs et alijs gentibus magnãq; tauri montis parte in Caria concluſit: omnẽ oram rhodiam ei attribuens: que meridionalis eſt. A Cara rege: qui primus auguria auiuz dicit̃ inueniſſe. Cuius populi cares dicti: qui peculiariter ſũt barbari noĩati. Carie olim imperauit mauſoleus in qua Halicarnaſſus metropolis fuit: ⁊ mauſoleũ illud celebratiſſimũ quod inter ſeptẽ ſpectacula numerari ſolet.

Carra e: ciuitas Arabie ad rubrũ mare a qua carrei diti ſunt popli. Pli. Carreis latiſſimos ⁊ fertiliſſimos agros: ab oppido arabie qđ carra dicit̃.

Carre carrarũ ciuitas Meſopotamie trans edeſſam Craſſi ⁊ Romani exercit⁹ cruore nobilis. Unde Lucan⁹. Aſſyrias latio maculauit ſanguĩe carras. Eſt ⁊

Carrus et carrum vtroq; modo dicitur: a cardine quattuor rotarum: vel ꝙ currẽdo ſonet. Ceſar. Jnter carros impedimẽtaq; preliũ cõmiſerũt. Hircius Pompeius ea die per viarum anguſtias carra complura multaſq; laniſtas retraxit.

Carrucha pe. pro. genus vehiculi. i. currus. Hinc carrucharius: qui carruchas agit.

Carrucarius a um: quod ad carrucam pertinet. Pompeius. Pleraſq; mulas carrucarias tales eſſe vt trãſiungi non poſſint.

Carico as: penultima correpta quid ſignificet Hiero. expreſſit ſic ſcribens. Origenes maiora cogitans ꝓpriũq; ingenium ferre non ſufficiens oneribus maiobus carricabat ſe. Et cum ſic incedere non poſſet ruina magna deuolutus eſt.

Caros crapularis redũdantia a καρόω perturbo vexo agito: ſeu a καροομαι qđ eſt capite aggrauo et oblidor velut ab oppꝛ̃ſſura capitis ⁊ ingenij offenſiõe

Caryatides ſtatue muliebres in edificijs: vt ait Victr. ſicut viriles que mutulos aut coronas ſuſtinent. Telamones a nr̃is atlantes a grecis appellate.

Cariſſam antiqui pro vafro vſurpabãt.

Caritas ſine h. a careo ſignificat inopiam. Liui. lib. xj. Caritas primũ erat annone ex incultis per ſeceſſionẽ plebis agris. Unde et carus in ea ſignificatiõe qua opponitur vili. Differunt tñ caritas ⁊ inopia ꝙ caritas ſit rerum penuria que adhuc extãt: inopia earũ q̃ nõ extãt. Cice. ꝓ domo ſua. Qua ex re primũ notare deinde iopia caritas ãnone ẽ: iopia ſeu penuria aliarꝫ rerũ. Charitas cũ h latine amor dr̃ a χαρισ gr̃a ⁊ amor. Et ẽ q̃dẽ charitas amoris ſpecies que ad homines tm̃ ſpectat pro dignitate ⁊ qualitate perſonarũ: amor ad omnia. Nam maxima charitas debetur parentibus: proxima filijs: ⁊ deinceps reliquis. Sic charus cũ ſignificat gratum ⁊ amore deuinctũ.

Carine arum: nomen vici Romani in quo fuit domus Pompei. Virg. Lautis mugire carinis. Varro carinas dici putat ab eo ꝙ hinc oritur caput ſacre vie: καρα latine caput dicitur.

Carina pe. pro. pars nauis et ipſa nauis concauitas: licet quãdoq; pro tota naui ponatur.

Carinare eſt in modũ carine formare. Pli. lib. ix. Saliunt pectines ⁊ extra volitant: ſeq; et ipſa carinant. Et carinatum concauuz. Aliqñ Carinare eſt probra obijcere: ꝙ carinantes. i. probra obijcientes ſint infime ſortis homines ſicut et carina.

Carinatim ſignificat ad ſimilitudinẽ carine.

Carmania regio maioris aſie cui⁹ metropolis eſt Carmania et populi carmanij qui teſte Pompo. ſine veſte ac fruge: ſine pecore ac ſedib⁹ corijs piſciũ veſtiũt̃

Carmelus penultima pro. et cum vnico l. latine ⁊ grece dicitur. Hebraice vero Chermel. Et ſunt duo mõtes auctore Hiero. qui hoc noĩe vocant̃. Alter galilee prouincie in quo fuit Nabal carmelus maritus Abigail ad auſtralem plagã. Alter iuxta Ptolomaidem mari iminẽs in quo Helias propheta flexis genibus pluuiam impetrauit.

Carmon eſt lucus in Meſſenia ⁊ templũ Appollinis in Laconia: ⁊ in Archadia flumen: et mons in Peloponneſſo.

Carmen quaſi canimen a canendo dici poteſt quicquid eſt metrice ſcriptum. Unde Virgi. verſum vnũ carmen dixit. Et rem carmine ſigno. Et duos ſimiliter cum ait. Tumulo ſuperaddite carmẽ. Tota inſuper eneis heroicum carmen dicitur: ⁊ carmen bucolicuz: vt Tale tuum carmen ⁊c̃. Quãdoq; carmen dicitur incãtatio: vt Carmina vel celo poſſũt deducere lunã.

Carmenta et carmentis: Euandri mater a carminibus quibus dabat reſponſa cum proprie Nicoſtrata vocaretur. Erat hec rerum futurarum admonitrix que Phebo dedicata carminibus oracula ſignificabat. Hinc Carmentalis porta. Virgilius. Et carmentalem Romano nomine portam. Poſtea vero ſcelerata dicta eſt ꝙ per eam ſex ⁊ trecenti fabij cum clyentium quinq; milibus egreſſi aduerſus hetruſcos ad amnem cremeram omnes interfecti ſunt. Ouidius. Carmentis porte dextro eſt via proxima iano. Jre ꝑ hanc noli quiſquis es: omen habet. Jllam phama refert fabios exiſſe trecentos. Porta vacat culpa: ſed tamen omen habet.

Carminare eſt quaſi pectinare. Plinius lib. ix. Juſtuz eſt e quinquagenis faſciuz libris quinas denas carminari. Et libro. xj. Hanc ab his quoq; gigni ſubigiq; vnguium carminatione: mox trahi: inter ramos tenuari ceu pectine.

Caro proprie mortuorum dicta eſt ꝙ careat anima: inquit Donatus: vel r. pro d. ponitur: vt ſit caro quaſi cado: quoniam cum ſine anima eſt cadit. Virgilius. Belloq; caduci dardanide. At Hieronymus inter carnem et pulpam ſic diſtinguit: vt Caro ſit que ſanguine venis oſſibus neruiſq; conſtringitur. Pulpa que manducatur eo ꝙ pulſetur et concidatur. Et non ſolum de animalibus: ſed etiam de piſcibus pomiſq; dicitur. Quidam hoc nomen a greco deriuant κερξοσ a quo fit creo.

Caruncula a nominatiuo caro dimi. eſt. Carnicula vero a carnis nominatiuo ſm antiquos.

Carniuora penul. correpta dicunt̃ aĩalia que carnes



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vorant. Unde dicimus aquilam carniuoꝛam. Pli.
libꝛo.x. Seratoꝛū dentiū carniuoꝛa ſunt omnia.
Carneus carnea carnium: quod ex carne eſt: vt fruſtum
carneum.
Carnoſus carnoſa carnoſum quod eſt pingue: carnoſi/
tas: pinguedo.
Carnarius: qui carnes vendit. Similiter qui in eden/
da carne delectatur carnarius vocatur. Mar. Car/
narius ſum/pinguarius non ſum.
Carnarius a um: quod ad carnem pertinet: vt carnaria
taberna vbi carnes venduntur.
Carnariū ꝓpꝛie locus vbi caro ſalſa ſuſpēditur ſeu re/
ponitur. Pli. Quippe e macello aut carnario viuē/
dum eſt. Quandoq etiam dicitur locus vbi carnes
tantūmodo vendunt. Plau. Cenam e carnario emit
iam factus ſatur. Uarro tabernaz carnariam vocat.
Qui vero carnes in carnario vendunt etiam lanij ap
pellantur ⁊ carnarij. Interdum carnarium accipitur
pꝛo ipſa carne: ſicut cibarium pꝛo ipſo cibo. Plaut⁹.
Qui mihi carnariū parauit ridiculus ad ientandum
Et carnarium inſtrumentū dicitur cum pluribus vn/
cinis quibus ſuccidie appenduntur.
Carnifex qui carnes ex hominibus facit. Hinc excarni
fico as: pꝛo excrutio. Tereñ. in Heau. Huiuſmodi
ſemꝑ cōminiſcere vbi me excarnifices.
Carnificoꝛ carnificaris deponens: ſignificat carnificis
officium ago.
Carnificiū ipſe actus carnificis: qđ ⁊ carnificina dicit.
Carnificina e. penultima pꝛoducta locus publicus in
quo iuſſu magiſtratus homines ſontes a carnificib⁹
occiduntur. Plautus. Quid ſi deſperatis rebus car/
nificinaz petat. Sueto. de Tiberio. Carnificine eius
oſtēditur locus capꝛeis vnde damnatos poſt longa
et exquiſita toꝛmenta pꝛecipitari coꝛam ſe in mare iu
bebat. Et carnificina dicitur carnificis officium: ſeu
excarnificatio ⁊ cruciatus. Plautus in Cap. Uel car
nificinam hūc facere poſſum perpeti. Cypꝛianus ad
Demetria. Que hec inſanabilis carnificine rabies
q̄ inexplebilis libido ſeuitie? Cato carnificinas dixit
plurali numero pꝛo toꝛmentis et crudelitatib⁹. Ubi
ſocietas inquit: vbi fides maioꝛum inſignitas iniuri/
as plagas verbera vibices eos doloꝛes atq carnifi/
cinas per dedecus atq ignominiam te facere auſum
eſſe. Plautus in Ciſ. ſingulari vſus eſt. Credo ego
amoꝛem pꝛimū apud homines carnificinam cōmen/
tum. Cicero libꝛo. iij. Tuſcu. per tranſlationem dixit
Nam cum omnis perturbatio miſeria eſt: tum carni
ficina eſt egritudo: quia inſtar carnificis cruciat lani/
at pꝛecoꝛdia: lacerat animuz excarnificatūq conficit.
Poſſet tamen hic carnificina accipi veluti pꝛo fe/
mina excarnificante: ſicut a Plauto dicitur femina
opificina.
Carnificinus a um: ponitur ꝓ crudeli ⁊ carnifice di/
gno. Cice. Carnificina eſt iſta crudelitas.
Carna: dea que vitalibus humanis ſeu cardinibus pꝛe
eſſe exiſtimabat. Unde Ouidius libꝛo. vj. Faſ. Pꝛi/
ma dies tibi carna datur dea cardinis hec eſt. Hec
ſtriges nocturnas pueroꝛum vt dicebant cunas inſe
ſtantes a limine ſūmouebat.
Carpathos: penultima coꝛrepta. Inſula contra egy/
ptum media inter rhodum ⁊ cretam ducentoꝛum ſta
dioꝝ circuitū habens quattuoꝛ olim inſignis vꝛbib⁹
a qua vicinum mare ad egyptum vergens: carpa/
thium dictum eſt.
Carpatine penultima pꝛoducta calciamentum ruſti/
cum a carnibus appellatum: et fiebant ex recentibus
coꝛijs bubalis.
Carpentum: vehiculi genus dictum quaſi carmentum
a Carmenta Euandri matre. Ouidius libꝛo. j. faſto.
Nam pꝛius auſonias matres carpēta vehebāt Hec
quoq ab Euandri dicta parente reoꝛ.
Carpentarius: faber qui carpenta facit. Et carpenta/
rius faber lignarius. Hierony. Carpētarius artifex
fecit ſcamnū. Carpentarius equus qui carpentū du/
cit. Carpentariū opus quod ad fabꝛum lignariū per
tinet. Hiero. in Exo. Et opere carpentario.
Carpophoꝛus: penultima coꝛrepta: nomen viri pꝛo/
pꝛium et latine dicitur fructifer: greci enim καοπον
fructum φορειν ferre dicunt. Hierony. ad Euſto. de
moꝛte Paule Salue Efrata regio vberria atq καρ/
ποφορα cuius ſterilitas deus eſt.
Carpo pis pſi ptum. decerpo. Uirgi. Inſere Daphni
piros carpent tua poma nepotes. Item carpere eli/
gere. Terētius in Adel. Unumquodq qđ erit bel/
liſſimum carpam. Item repꝛendere. Mar. Carpere
vel noli noſtra: vel ede tua. Item Frui Uir. Carpa/
mus dum mane nouum dum flumina creſcunt. Itez
ledere: vt Carpit enim vires paulautim vꝛitq viden
do Femina. Carpere viaz eſt ambulare Carpere vi/
tales auras haurire. Carpere lanā eſt amittere. Uir
gilius lib. j. Geoꝛ. Nec nocturna quidem carpentes
pēſa puelle Ne ſciuere hyemē. Carpere linū eſt euel
lere. Pli. Herbaſq cum ſemine et radicibus carpūt
Carpere cibum eſt paſci. Compoſita ſunt decerpo:
excerpo ⁊ diſcerpo. De quibus locis ſuis.
Carptim aduerbium ſignificat hinc atq illinc carpen/
do non ipſam ſeriem ſequēdo.
Carpinus penultima coꝛrepta genus arboꝛis note.
Col. lib. vj. Quinetiam coꝛnus ⁊ carpinus ⁊ oꝛnus
nonnunq ⁊ ſalix a pleriſq in hoc ipſum diſponitur.
Palla. Carpinus vltima arboꝛ.
Carta: ſine h. nomen fuit vnius ex Darij pꝛincipibus.
Charta cum ch. aſpirato: eſt enim dictio greca: ⁊ ꝓ/
pꝛie fit ex papyro: apud grecos vero pꝛo eo poni cō/
ſueuit quod nos libꝛuz dicimus. Ouidius libꝛo. iij.
Triſ. Null⁹ in hac charta verſus amare docet. Hic
chartaceus a um. Ulpia. de lega. libꝛo. iij. Et ſi in co
dicibus ſint membꝛaneis vel chartaceis vel etiam
eboꝛeis vel alterius materie, Chartula diminutiuū
eſt. Hieronymus. Uolo in chartulis meis ineptias
ſcribere. Aliquādo vero charta poni ſolet pꝛo folijs
ſeu philuris in quibus ſcribimus ſeu ſint papyracea
ſiue membꝛane aut ex pergameno aut ex alia mate/
ria. Quint. Cum aperto codice chartas explicaret.
Unde Sueto. in Nero. Plumbeam chartam ſupi/
no pectoꝛe ſuſtinuit. Pli. lib. xiij. refert charta Alexā
dri magni victoꝛia repertam auctoꝛ eſt. M. Uarro.
Condita in egypto Alexandri ⁊ antea nō fuiſſe char/
tarum vſum: palmarū folijs pꝛimo ſcriptitatū: dein/
de quarundā arboꝝ libꝛis: poſtea pauca monumen/
ta plūbeis voluminibus mox et pꝛiuata lintheis con
fici cepta aut ſchedis. Uopiſcus in Aureliano. Que
omnia ex libꝛis lintheis in quib⁹ ipſe quotidiana ſua
ſcribi pꝛeceperat.
Charta fuit vꝛbs haud ꝓcul a Tyro. Unde foꝛtaſſe ⁊
Carthago habet aſpirationē.
Carthago vꝛbs aphꝛyce celebꝛis que poſt troianū bel
lum vt docet Euſe. a Didone cōdita fuit ⁊ apud nos
nouā ciuitatē ſignificat. Eſt ⁊ alia carthago in hiſpa/
nia quā Haſdrubal condidit que noua perpetuo epi
theto dicit ad differentiā Carthaginis libyce. Hoc
nomen quidā a charta oppido haud ꝓcul a Tyro di
ci putant. Cice. vero lib. ij. de natura deoꝝ ſcribit di/
ctā a carthagine Herculis filia cū byꝛſa diceret.
Carthaginenſis dictio ſex ſyllabaꝝ eſt. Nam auctoꝛe
Pꝛiſ. inter n. et e. interponitur i. Ait enim lib. iiij. Si
tertie ſint declinationis abijciunt extremā. ſ. genitiui
⁊ aſſumūt enſis: vt piſtoꝛ piſtoꝛis piſtoꝛiēſis: cartha/
go carthaginis carthaginenſis: ſed hunc cathaloguz
ſyllabarū doctioꝛes deriderent ⁊ greci.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Chartallũ Caniſtrũ. Hiero. in Deutro. Tolles de cũctis frugibus tuis primitias ⁊ pones in carthallo.

Carthophilatiũ: latine ſcrinium dicitur: in quo libri et ſcripturę reponunt.

Carthilago pe. cor. cõcauitas illa q̃ eſt circa aures.

Cartaia oppidum eſt hiſpanię Carteſcos a grecis dicitur. Unde cartheſius a um: vt Littus carteſium: in quo freti anguſtię ſunt.

Carica eſt genus ficuũ a loco ſic dictarũ: vt docet Iul. Pol. Apud multos tñ ꝓ ficu ſicca accipit. Ouidius li. j. faſt. Quid vult fama ſibi rugoſaq̃ carica dixi. Tñ Suidas imo. xij. illi. Suidę cõpoſitores aliter interp̃tantur. ſ. καρυκη εδεσ μα εκ πολλων συγκειμενον βρομα λυδιον εξ αιματοσ και αλλων εδεσ ματων αφου και το συνταραττειν τι και αναδευειν καρυ κευειν φασι. Eſt igitur ſi de ethymologijs grecarũ dictionũ grecis credimus farcimen illud qđ vulgo dicit baldoni farcimẽ ex ſanguine ⁊ alijs ęſculẽtis: qđ lydij primi inuenerunt.

Carybdis ⁊ Scylla duo monſtra ſunt in fręto ſiculo: de quibus Uir. Dextrũ ſcylla latus leuũ implacata charybdis Obſidet. Eſt autẽ loc⁹ ſicuti ſcribit. Sal. iuxta Taurominitanũ littus: extatq̃ fabula charybdim mulierem fuiſſe rapaciſſimã: quę cum Herculis vaccas rapuiſſet a Ioue fulminata eſt: ⁊ in hoc monſtrum cõuerſa. Eſt igit charybdis mare periculoſum nautis qđ cõtrarijs fluctuũ curſibus colliſionẽ facit ⁊ rapta quęq̃ abſorbet ⁊ reijcit. Oui. Et vomit epotas ſeua charybdis aquas. Sene. ad Lucil. Scyllaz ſaxũ eſſe: ⁊ quidẽ terribile nauigantibus optime ſcio Charybdis an reſpondeat fabulis pſcribi mihi deſidero. Fac nos certiores vtrũ vno tm̃ vẽto agatur in vertices: an oĩs tempeſtas: ac mare illud contorqueat: ⁊ an verũ ſit quicquid illo freti turbinę arreptũ eſt per multa millia trahi. Thucydides libro. iiij. εστι δε ο πορθμοσ η μεταξυ ρηγου θαλασσα και μησσηνησ ηπερ βραχυτατονσικελιατησ ηπειρου απεχει και εστιν η χαριβδισ κληθεισα τουτο.

Caryon nux dicitur a capitis grauedine propter odoris grauitatem.

Carynon dicitur oleum quod fit ex nucibus iuglandibus ⁊ alopecijs vtile eſt: tarditatiq̃ aurium infuſum ceterum ſapore graui. Unde apud nos ęſculentis nõ admiſcetur.

Caryopon nucis ſuccũ ſignificat: vt inquit Pli. lib. xij.

Caryote: ſiue caryotides e palmis naſcuntur quas alij dactilos: alij palmulas: alij margaritas appellant. Pli. Caryotas inter palmas celebratas cibo quidez et ſucco vberrimę ex quibus p̃cipua. Uar. lib. ij. Nõ ſcitis palmulas caryotas ſyriam parere inuectas in Italiã non poſſe. Papi. in ſyluis. Pręgrandes vina capita inimica caryotides cadebant.

Caryſte es: ⁊ caryſtos ſti. inſula vna ex cycladibus ſita iu euboitico mari: varij marmoris ferax: excidebant enim ibi columnę marmoreę quę a loco etiam Caryſtea appellabantur. Luc. lib. v. Qua maris anguſtat fauces ſaxoſa caryſtos. Sene. Ferax varij lapidis caryſtos. Hinc caryſteus a um. Oui. lib. iij. faſ. Quaq̃ caryſteis frangitur vnda vadis. Eſt etiã ciuitas eiuſdem nois in euboia: vt lib. iij. Ptolemeus ſcribit.

Caſa: domus a cauatione dicta. Naz antiqui cauatas rupes inhabitabant. Uel dicitur a facile cadendo. Quippe a cado fit frequentatiuũ caſo as: diminutiuum a caſa eſt caſula.

Caſo as frequẽter cado: a quo fit aliud frequẽtatiuum. Caſito as. Pau. iureconſul. Si antea ex tegula caſitauerit ſtillicidium poſtea vel ex tabulato vel ex aliq̃ materia caſitare non poteſt.

Caſaria dicitur mulier quę caſam cuſtodit.

Caſabundus crebro cadens.

Caſſus a um qđ eſt inane ⁊ vacuum fragile atq̃ omni re carens: vt caſſa nux a Plauto et Horatio dicta Luc. Caſſa fraude parat. Plau. in Aul. Uirginem habeo grandẽ dote caſſam atq̃ illocabilẽ. Uir. Lumine caſſum ⁊ ętherę caſſos dixit pro vita priuatos ⁊ vacuos. Unde et caſſis et per diminutionẽ caſſicul⁹. Hinc incaſſum aduerbium.

Caſſo as ſignificat deleo: vt de euangeliſta Ioanne legitur. Ex totius ſenatuſconſulto definitũ eſt: vt quicquid Domitianus fieri voluiſſet: caſſaretur. Et caſſare contundere. Uir. Caſſatęq̃ rates.

Caſa inſula a caſo cleomachi patre dicta ab hac ⁊ caſi⁹ mons in Syria colonis eo deductis.

Caſcus a um: ſignificat vetus. Cuius verbi origo ſabina eſt. Ennius: Quẽ primuz caſci populi genuere latini. Manilius ait caſcum duxiſſe caſcã non mirabile eſt. i. vetulam nupſiſſe ſeni: tñ caſcinũ oppidum dictũ ꝙ vetus. Et caſſinum forum vetus appellant oſcorũ lingua Caſnar ſenex dictus.

Caſius: mons in finibus ęgypti: arabię conterminus magni Pompeij tumulo clarus. A quo etiaz fit Caſius a um. Luc. lib. x. Lucifer a caſia proſpexit rupe diemq̃. Eſt ⁊ in ſyria antiochena caſius mons ſuper Seleuciã cognomie Pieriã: vt auctor eſt Pli. Sed hoc caſiũ. ij. mons apud euphratẽ vbi traianus dicauit crateras argenteos in templo Iouis caſij cũ epigrãmatę qđ Suidas proſequitur.

Caſia per ſimplex ſ. frutex eſt: amplitudine cubitorum triũ ſuauiſſimi odoris ⁊ virtutis cynamomi. Hiero. appellat herbam cuz in canticis inquit. Caſia quoq̃ qm̃ id genus herbę aquis indeſinentibus nutriri dicitur ⁊ coaleſcere redemptionem humani generis p aquas baptiſmi indicat datã: qui vt Pli. li. xij. ſcribit iuxta Cynami cãpos in ęthiopia: ſed in montib⁹ craſſior ſarmento tenui cute verius q̃ cortice naſcitur. Sunt tñ q̃ dicũt caſiã eſſe nomen herbę atq̃ arboris ſicut balſam⁹ herba ⁊ arbor balſami. Uirg. Tũ caſia atq̃ alijs intexẽs ſuauib⁹ herbis. Hęc alio noie dicit fiſtula: vt auctor eſt Hiero. in explanatiõe pſ. Eructauit vocales in laudes dei ⁊ oẽs pituitas ⁊ rheumata voluptatũ ſuo calore excoquẽs.

Caſeus a coeundo: vel vt inquit Uar. a lacte coacto dicitur. Nam fit lacte coagulato hedino imprimis vitulorum ve coagulo.

Caſſes retia ſunt: ꝙ vacuas habeant maculas. Unde ⁊ caſſum ꝓ inani ⁊ vacuo: ⁊ incaſſum pro fruſtra quaſi abſq̃ caſſibus: ſine quibus venatio eſt inanis tractũ ab araneaꝝ caſſibus ꝙ ſint leues ⁊ nullius ponderis. Sunt etiam caſſes galeę ꝙ vacua ſint ad capita recipienda. Sed differunt genere: ⁊ diuerſum habẽt genitiuũ. Cũ em̃ ſignificat laqueũ vł rętę eſt ge. maſ. et habet genitiuũ ntõ ſimilẽ: vt caſſis is. Oui. Incidit in caſſes pręda petita meos. Pro galea fę. gene. eſt ⁊ caſſidis genitiuũ facit. Iuue. Lorica ⁊ fracta de caſſide buccula pendens.

Caſſida e. idem qđ galea. Proper. Aurea cui poſt q̃ nudauit caſſida frontem.

Caſſiculus diminuti. a caſſis pro rete. Hiero. Nequaq̃ aranearũ mihi opponas caſſiculos. Dicitur ⁊ caſſiculũ neutro genere. Feſtus. Caſſiculum reticulum a caſſibus per diminutionẽ dictum.

Caſſita. penulti. producta auis quam alij alaudam: alij galeritam dicunt.

Caſſiteros penul. cor. latine ſtannũ: vel plũbũ dicitur Inde Caſſiterides iuſulę decẽ in Indico oceano vnde plumbũ candidũ effoditur. Pli. lib. iiij. Ex aduerſo celtiberię complures ſunt inſulę caſſiterides dictę a gręcis a fertilitate plumbi.

Caſſiope ſiue caſſiopea. Cephei regis ęthiopum vxor

ꝛ Andromedes mater quę cum nereidibus de pul/
chꝛitudine certauit: Pꝛo quo facto in ſydera conſti/
tuta fertur. Eſt autē ſydus ita figuratū: vt in ſella ſe/
deat. Conſtat ſtellis .xiij. occidens cum ſcoꝛpione ca/
pite cū ſedili reſupina ferri pꝛoſpicitur. Exoꝛiri au
tem cum ſagittario.

Caſpiū mare dicit̄ qđ inter caſpios montes eſt: a qui/
bus nomen accępit. Et hyꝛcanos ꝛ imenſuꝫ occupat
ſpaciū. Caſpię poꝛtę varię dicūt̄. Quidā amazonas
poꝛtas caſpijs egreſſas ad alexandrū veniſſe in hyr/
caniā ꝓdidere. Sed ille caucaſię fuerūt per quas trā
ſitus eſt ex hyberia in ſcythiā. Neronis quoq̧ pꝛin/
cipis cōminatio ad caſpias poꝛtas: vt inq̄t Pli. Ue/
rum mons taurus tribus in locis interruptus quaſi
poꝛtis quibuſdā tranſitur i armeniā in ciliciā ꝛ in me
diam. Sed ille tm̄ caſpię poꝛtę appellātur quę apud
Medos exiſtunt: ſicut ex Ptole. Pli. ꝛ Strabone
licet intelligere: per has trāſitus eſt ex Babylone ac
ꝑſide ad mare caſpiū. Et hinc foꝛtaſſe caſpię dictę ſūt
ꝙ aliquę gentes vicinis inſident montibus appella/
tę caſpię. Juga vero caſpia pꝛocul hinc abſunt: et ad
Armenios vlterioꝛeſq̧ populos ꝑtinent. Poꝛtę aūt
caſpię vt Solinus inq̄t pandunt̄ itinere manufacto
milibus octo paſſuum longo. Nam latitudo vix eſt
plauſtro permeabilis.

Caſtalius: fons caballinus ꝛ libethꝛis dicit̄. Eſt in radi
cibus parnaſi muſis ſacer: a virgine Caſtalia q̄ apol/
linē fugitans pꝛęcipitata ꝛ in fontē verſa eſt: cuius
aquā dicūtur bibere poetę. Hunc fonteꝫ dicit acron
fuiſſe in Lycia: vbi armenta Appollo fertur pauiſſe.

Caſteria ſignificat locū vbi cum nauigatio conquieſcit
remi ꝛ gubernacula reponuntur. Plautus. Quin ſi
pol repoſui remum ſola ego in caſteria vbi quieſco
omnis familię cauſa conſtitit tibi.

Caſtrum numero ſingulari: locus eſt muris munitus
dictum a caſa: ꝙ ſit cōiunctio quędā caſarū.

Caſtra plurali numero appellantur exercitus cum in
pꝛocinctu pergunt: aut incerto quolibet loci itinere
demoꝛant̄. Similiter locus in quo milites tentoꝛia
fixerunt: vel ipſa tentoꝛia in quibus milites diuerſan
tur. Unde ꝛ de nauibus Uirg. dixit. Nos caſtra mo
uemus: quoniam in illis milites eſſent. Dicta caſtra
quaſi caſta et caſtrata ꝙ ibi caſtretur libido. Jnde em̄
mulieres abeſſe iubebat militaris diſciplina. Uel a
caſtri ſimilitudine ꝙ foſſa valloq̧ quaſi muro circun/
dari ſolent.

Caſtrametoꝛ penultima coꝛrepta caſtra loco: vulgo a
campare dicitur.

Caſtellum paruus vicus muris circūdatus diminuti.
a caſtro: Et caſtellū dicit̄ receptaculū illud qđ aquaꝫ
publicā ſuſcipit ex quo fluit aqua fiſtulis. Frontinus
Omne plumbū ꝛ omnes impenſę ad aqueductus ꝛ
caſtella ꝛ lacus pertinentes inde erogantur.

Caſtellani dicti qui caſtellum habitant: ſicut ab oppi/
do oppidani: ꝛ a vico vicini.

Caſtellatim aduerbiū quaſi turmatim per caſtella diſ/
iecti. Liui⁹ lib. vij. Ut hoſtes ꝛ nocturuo pauoꝛe atto
nitos ꝛ circa collē caſtellatim diſſipatos aggrederet̄

Caſtrare pꝛopꝛie eſt virilia amputare. Juuenal̄. Nul/
lus ephebum defoꝛmē ſceua caſtrauit in arce Tyran
nus. Licet ꝛ de quacūq̧ truncatione ſiue pꝛiuatione
quandoq̧ dicat̄. Pacu. Ut eſſet aliquis qui linguaꝫ
eius caſtraret. Quidam caſtratos ſpadones ꝛ eunu/
chos ita diſtinguūt: vt caſtrati ſint quibus teſtes na/
turaliter deſunt. Spadones quibus violenter detra
cta eſt virilitas. Eunuchi a dominis caſtrētur vt diu/
tius eis abutantur inde nomen ευνη και εχω αλ/
λα σπαω euello: inde ſpadones. Ulpi. tamē ſpa/
donū noīe omne genus euiratoꝝ cōpꝛehendi ſcribit.

Caſtrenſis et hoc caſtrenſe qđ ad caſtra pertinet. Un/
de caſtrenſes vigilię et caſtrenſe peculium eſt quod a
parentibus vel cognatis in militia agenti donatū eſt
vel quod ipē filiuſfamilias in militia acquiſiuit: quod
niſi militaret nō acquiſiturus fuiſſet. Et quaſi caſtrē/
ſia bona dicuntur quę licet in militia filiofamilias nō
acquirūtur ita tm̄ fiunt ipſius ac ſi acquiſita in militia
fuiſſent vt ſunt ea quę ex officijs acquiruntur.

Caſtigo as pe. ꝓ. ꝓpꝛie verbis repꝛęhēdo: q̄ſi caſtruꝫ
id eſt honeſtū ago. Uir. Hic grauis entellū dictis ca
ſtigat aceſtes. Quādoq̧ caſtigare eſt vindicare puni
re. Jdem lib. vj. Caſtigatq̧ dolos: ſubigitq̧ fateri.
Hinc caſtigatum dicimus coꝛrectū emendatūq̧.

Caſtitas ꝛ pudicitia paria putantur: cum ſit pudicitia
ab iniuria turpium libidinum libera. Caſtitas ab his
cōtingi eſt remota. Uir. lib. ij. Geoꝛ. Caſta pudicitiā
ſeruat domus. Caſtum dicit̄ imaculatū quaſi caſtra/
tum. Nam caſtrare eſt pudenda amputare. Qui ꝟo
ſine pudendis eſt neceſſario caſtus eſt. Per trāſlatio/
nem caſtus capitur pꝛo honeſto ꝛ continenti vt ſit ca
ſtus quaſi vacuus. Plau. in penu. Ut deceat nos eſſe
a culpa caſtas. Unde dicimus vxoꝛem caſtam ꝛ ca/
ſtum cantū in quo nihil eſt laſciui: ꝛ caſtam manū quę
ſe ab alienis continet. Jtē pꝛo pio et religioſo. Uir/
gilius. Quiq̧ ſacerdotes caſti dum vita maneret.

Caſtoꝛ animal latine fiber ponticus: cuius teſticulos
medici caſtoꝛium vocant. Hic compꝛenſa parte non
anteq̧ concrepuerint oſſa moꝛſu reſoluit. Caſtoꝛ et
pollux fratres quos Tindaridas vocant ſicut ꝛ He
lena eoꝛum ſoꝛoꝛ Tindaris nuncupata gręce diſcuri
appellantur. Hi poſt moꝛtem inter notiſſima ſydera
conſtituti fuere. Quod plane ſignum gemini dicitur
ꝛ a gētibus ꝓ dijs habiti ſunt. Unde Romę in foꝛo
erat edes caſtoꝛis et pollucis: qm̄ ſicut Diony. lib. vj
antiquitatū ſcribit in pugna ad lacū Regilluꝫ appa/
ruerunt foꝛma auguſtoꝛi ducentes equitatum roma
num aduerſus latinos qui haſtis feriebant pꝛopelle/
bantq̧ aduerſarios: ſocios vero cohoꝛtabātur. Quę
potiſſima cauſa fuit vt latini fugarentur ꝛ caſtra ca/
perentur. Jdem. Mox viſi ſunt ſudoꝛem equoꝛū ab/
luentes iuxta fontem iuturnę. Dein e cōſpectu moꝛ/
talium ſe ſubduxerunt. Caſtoꝛ quoq̧ ꝛ me caſtoꝛ ꝛ ꝑ
e caſtoꝛ aduerbia iurandi quaſi per ędē caſtoꝛis.

Caſtula palliolum quo puellę nudę infra papillas pꝛę
cingebanrur. Uar. Caſtulam mulier ſumpſerat pꝛo
ſuccula. Hęc ꝛ periçoniū ꝛ pꝛęcinctoꝛiū appellat̄.

Caſus modo foꝛtuna eſt vt Boe. lib. v. de cōſola. Mo
do inopinatus euentus. Seneca. Multa enim caſu
potius q̄ȝ ratione eueniunt. Modo ruina. Curtius.
Jnopinato rhede caſu oppꝛeſſus. Mō calamitas ꝛ
infoꝛtunium. Uirgilius. Sed ſi tantus amoꝛ caſus
cognoſcere noſtros. Et bꝛeuiter troię ſupꝛęmū audi/
re laboꝛem. Et caſus dicuntur vocabuloꝛum foꝛmę:
quia in aliam atq̧ aliam cadunt effigiem. Et caſum
veteres antiquum vocabant quaſi iam cadentē.

Caſos inſula iuxta mare carpathiū ambitu octoginta
ſtadioꝝ in qua eſt oppidū eiuſdē noīs.

Caſura e. caſus ſeu cadendi actus. Hiero. Ante men/
tis noſtrę oculos ſemper euangelicū illud appareat
ſtolidiſſimi viri: qui ędificium qđ ſūmopere fecerat
ingruentibus fluminibus: flantibus ventis ꝛ imbꝛi/
bus inundationibus pluuiarum totum amiſit in ca/
ſura quod erat ędificatū in ſabulo.

Cata pꝛepoſitio greca in cōpoſitione ſignificat in: ad/
uerſus: de/ dis/ ex/ circum/ vndiq̧/ ſub/ iuxta/ per/ ſm/
Catho. vero cum aſpiratione: veluti/ ſicut/ tanq̧ et
quemadmodum.

Catabaſis inferioꝛ ſolis meatus deſcenſus.

Catabathynon dici pōt demerſum cauum ꝛ pꝛofundū
ex κατα και βαθυνου pꝛofundū.

Catabathmus oppidum in aphꝛica: et vallis repente

conuexa vt ſcribit Ply. Pomponius catabathmos vallis deuexa in egyptum finit africā απω του καταβαιρειυ. Et ſignificat catabathmus locum decliuem atqꝫ deuexum.

Cataclyſmus diluuiū ⁊ inundatio dicit̃. Hier. contra Joui. Prim⁹ Lamech ſanguinari⁹ et homicida vnā carnem in duas diuiſit vxores. Fratricidiū et bigamiā eadē cataclyſmi deleuit pęna.

Catachlyſis effuſio caliginis ⁊ tenebrarū. Nam caligo a grecis αχλη ⁊ αχλυσ dicit̃ καταχλυσισ.

Cataclytum: locus concauus ab aqua cadente απο κατα και κλυζομαι. Amb. lib. hexa. Nilus fluuiorum maximus: eo loci vbi ſe ex altiſſimis mōtibus in cataclyta illa pręcipitat magnitudine fragoris ſui aures acolarum obſtruit.

Catachreſis penulti. pro. tropus quē nos abuſionem vel vſurpationē dicimus: cū alienis abutimur perinde ac proprijs cū ꝓpria deficiunt: vt facies ſimillima lauro. Naꝫ facies hois eſt ex κατα contra κρησισ dicit̃ vſus catachreſticus abuſiuus.

Catacheſis: inſtructio.

Catechiço as. inſtruo/doceo/erudio: vt eſt apud apoſtolum. Communicet autem is qui catechiçatur ei qui ſe catechiçat.

Catecuminus inſtructus ſeu audiens dicit̃.

Catacriſis: condemnatio vł dijudicatio. κρισισ enim iudicium.

Catadromū penul. cor. latine decurſoriū κατα δρομεω eī decurro. Sue. in Nero. Notiſſim⁹ eques ro. elephanto ſuperſedens ꝑ catadromū decurrit.

Categoria κατηγορειαασ accuſatio ꝑdicamentum καταγορεω accuſo ꝑdico κατηγοροσ accuſator. Unde categorię ſiue categoremata. Ariſtotelis id ē prędicamenta. Et propoſitionū quędaꝫ a dialeticis categorię nominant̃: quas ꝑdicatorias latine dicere poſſumus. Sunt autē decem ꝑdicamenta circa quę verſari videt̃ ois quęſtio. ουσιο .i. eſſentia: q̄litas: quātitas: ad aliq̄d: agere: pati: vbi: q̄n: ſitus: habere. Appellatas vero categorias ꝯſtare: vt inquit Aug. in dial. ꝓpterea ꝙ nō poſſunt niſi a ſubiectis agnoſci. Quis eī q̄d ſit homo poſſit agnoſcere: niſi ſibi hominē ponat ante oculos q̄ſi ſubiectū homini.

Catagrapha q̄ vocant̃ pictores modo ex curta appellant a breuitate imaginū quas ita reꝑſentari cū ſunt obliquę poſtulat ratio. Hęc ⁊ cataglypha dicunt̃.

Catalepſis occupatio deprehenſio. Catalexis terminatio. Catalyſis diſſolutio. Catalyma atis. refectio diuerſorum.

Catalogus penul. cor. ſermo vel ſcriptura quę numeꝝ vel ordinē deſignat. Hier. ad oceanū. Ubi catalog⁹ deſcribit̃ omniū manſionū etiā de lectis.

Catalecticum metrū dicit̃ cui vna tm̄ deeſt ſyllaba vt apud Hora. Mea renidet in domo lacunar. Eſt eī ſenariū iambicū vna ſyllaba minus. Acatalecticum dr̄ qđ legittimo fine claudit̃: vt Nec fonte labra ꝓlui caballino. Eſt eī ſenariū iambicū ꝑfectū.

Catamithus cū i latino ꝓducto: puer meritorius quo quis abutitur μισθου greci mercedē dicunt quaſi καταμισθου .i. pro pretio.

Catholicus: dici poteſt vniuerſalis: q̄ſi circa oīa verſet̃: fit eī ex cata ⁊ holon: id quippe totū dicūt.

Cataphrattus: vndiqꝫ munit⁹: ex κατα vndiqꝫ ⁊ φρακτοσ munitus αφρακτω quod ē munio. Ser. in xj. lib. enc. Cataphratti equites qui ⁊ ferro muniti ſūt: et equos ſimiliter munitos habēt. Sal. Et ſequebāt̃ equites cataphratti. Eſt etiā cataphratta lorica ſiue thorax militaris. Unde Vege. ſcribit exercitū romanū pedeſtreꝫ cataphrattis ⁊ galeis fuiſſe munitū. Et Liu. li. xxxvij. pedites loricatos cataphrattos vocat. Cataphrattarij q̄ cataphrattis muniti ſūt. Lampri. de Alex. Cataphrattarios quos illi clibanarios vocant decem milia in bello intereminus. Cataphrattę autē naues ꝓ tectis nauibus accipiunt̃.

Catapulta iaculū celtę vel ſagitta. Plau. in Cur. Atqꝫ ita te neruo torquebo vt catapultę ſolent.

Cataplaſma atis. emplaſtrū ſiue malagma qđ conſtat ex floribus: eorūqꝫ ſurculis ⁊ axungia.

Cataploos grece: latine nauigatio.

Cataphrige: heretici qui in phrigia fuerūt: vt mōtan⁹ priſcilla ⁊ Maximilla. Hi aduentū ſpūſſancti nō in apoſtolis: ſed in ſe traditū aſſerunt.

Catapotia pilule dicunt̃. απο του καταπινειυ qđ ē deuorare vel bibere ꝓprie: q̄m neqꝫ eſtur: neqꝫ lingit̃ id gen⁹ ſꝫ deuorat̃: vel ꝙ καταποτησ λεγεται λαρυγξ λαρυγγοσ.

Cataractas: quidā cęli feneſtras: quidā nubes: quidā ſubterraneas ſpecus interpretant̃. Alij a deſcēdēdo ꝓ pendulis portis ſumūt: ex ligno ferro ve q̄ demitti ac tolli poſſunt. Liu. Pendula ⁊ recidentes portas cataractas. Idē Porta cataracta deiecta clauſa erat. Eam partim funibus ſubducūt in tm̄ altitudinis vt ſubire recte poſſēt: dictę cataractę ꝙ ex alto defluere videant̃. Greci eī καταρειο defluere dicūt. Unde cataractę etiā dicuntur e terra exeūtes aquę ⁊ ita ex alto defluentes: vt ruere potius q̄ꝫ defluere videant̃ quales eſſe i ęgypto nili cataractas legim⁹. Ita loca ipa e quibus exeunt cataractę dicunt̃. Unde in maximis imbribus apertas eſſe cęli cataractas dicere ſolemus. Dicit̃ et hic cataractes quo nomine etiā dictus eſt fluuius quidā. Stra. Poſt olbiā pamphilię cataractes ē fluuius magno ſtrepitu ex alta rupe deiectus: vnde ⁊ nomen.

Catarrhus latine fluxio ſeu diſtillatio. Differt a coryça et brancho. Coryça dicitur cum pituita nares tm̄ obſidet: grauedo latine dicta. Catarrhus vero cum fauces palatumqꝫ. At brāchos cum ⁊ guttur ⁊ arteria corrūpit̃: ob id ⁊ artericū q̄nqꝫ id vitiū appellāt. Oīa hęc tn̄ Hippocrates coryças vocabat: noſtri diſtillatōes q̄ grece cataſtagmi noiantur in cōmune Dictus eſt aūt catarrhus α καταρρεω fluo diſtillo: ex καταχαιρεκω fluo.

Catarytus penul. correp. latine irriguus ex κατα ꝯm ρυαξ riuus quaſi iuxta riuos. Ply. lib. v. Hyponē oppidū aphricę catarytum a gręcis dictum propter aquarum irrigua.

Cataſcop⁹ latine ſpeculator: ē eī σκοπειυ ſpeculari.

Cataſcopium genus nauigij exploratorij ꝙ circūquaqꝫ ſpeculetur.

Cataſtrophe latine ſubuerſio volumen.

Cataſtroma penultima ꝓducta: nauis partem ſeu pauimentum ſignificat.

Catorthoma penulti. ꝓdu. gręci κατορθωμα opus virtutis rectū. Amb. lib. j. offi. Hoc eſt perfectū officium quod catorthoma gręci dixerunt. κατα circūquaqꝫ ορθωυ rectū. Cice. lib. j. offi. recte factū interpretat̃. Catorthoſis recta effectio. Catorthoo egregie cū virtute aliquid facio.

Catatypoſis dicit̃ ꝯm figurā: quod fit cū aliquid iuxta alterius formā deſcribit̃: vt apud Virg. lib. iiij. Oia Mercurio ſimilis vocēqꝫ colorēqꝫ.

Cataſta: locus erat vbi venales ſerui exponebantur α καθισταω ꝟbo gręco qđ ſignificat expono. Tibul. Nota loq̄r regnū ipſe tenet quē ſępe coegit Barbara gypſatos ferre cataſta pedes. Eſt ⁊ cataſta machina lignea qua ſerui vincti tenebantur. Plyn. Tandē in cataſta videre griſogonū ſylle. Hanc ⁊ longam et magnā compedem vocant.

Cathartica dicunt̃ purgatoria a καθαρο purgo.

Cathedra dicuntur ſubſellium απο του κατα και της εδρασ εδρα ſedes eſt ſeu ſella. Et ſcribit̃ cū h.

q2 hedra incipit ab h. abiecta a. vt fit in Methodus ephebus ⁊ multis aliis.

Caterochen: ſignificat per excellentiam.

Caterua proprie gallorū legio ſicut phalanx macedonū q̄ certo nūero cōſtat. Nā auctore Vege. in cateruas erāt ſena militū millia. Plerūqꝫ tn̄ ꝓ multitudine ſumit̄. Cateruatim aduerbium ſignificat per varias cateruas. Cateruarii cateruatim conglobati. Sue. in Aug. Sꝫ ⁊ cateruarios opidanos inter anguſtias vicoꝝ pugnantes temere. Sciendū ē ꝙ oīa fere aduerbia in tim finita: ſignificant ſicut de cateruatim dictum eſt: vt turmatim per diuerſas turmas: vicatim oppidatim/manipulatim/regionatim/ gregatim/domeſticatim/municipatim/ ꝓuinciatim: ⁊ ſic de ſingulis. Sūt tn̄ aliq̄ q̄ nihil ab aliis differūt: vt priuatim nihil differt a priuate: nec ſepatim a ſeperate: nec ꝓperatim a properanter: nec raptim a feſtinanter: nec affatim ab abundanter: nec vbertim a copioſe.

Catena dicta eſt ꝙ ſe capiendo teneat: quia in ea anulus anulū capit. Quidā hoc nomē a cane deduci putant: ⁊ ꝓprie dici qua venatici canes vincti tenentur: ſed largius ſumit̄. Sene. ad Lucil. Vna eſt catena q̄ nos alligatos tenet amor vitę.

Catillus pars ſuperior molę: ſicut meta pars inferior: Et catillus diminutiuū eſt a catinus.

Catillones: q̄ catillos liguriūt: ⁊ ꝓ guloſis accipi ſolēt

Catinus: qđ ⁊ catinū dicit̄ pe. pro. vas in mēſa eſcaria vbi pultē aut iurulenti quid ponebāt a capiendo appellarūt. Var. ſcribit ſiculos vas in q̄ ponebāt ęſculenta catinon appellari. A catinus fit diminutuum catillus: A catinū catillū vel catinolium.

Catina pe. cor. vrbs Sicilię. Silius lib. xiiii. Tū catine nimiū ardenti vicina tipheo. Stra. Tn̄ Diodorus ⁊ Ptol. non catinā ſed catanā ſcribūt. vnde Cataneus charundas qui leges athenienſibꝰ dedit απο του καιω καί ανω dicit̄: q2 cum ignes ex ęthna erūpant ſuperiora ima fiunt.

Cathinea terra quę in es conuertit̄ vt fiat aurichalcū.

Cato quaſi ſapiens ⁊ cautus. Cautū eīn ſabini acutū dicunt. Et cata dicta accipienda ſunt acute dicta vt auctor eſt Var. Porphirio tn̄ horatianus interpres catū exponit ꝓ experto ⁊ docto cū ait Horati. Poſt hęc ille catus q̄tūuis ruſticus ibit. Et Ply. Catos a ſapientia dictos intelligi vult ſicut corculos. Hora. Catus decorę more paleſtrę. Ci. Sed hō catus nūqꝫ terminat magnitudinis nec diuturnitatis modum. Duo aūt fuere Catones celebratiſſimi: ſenior videlicet: qui ⁊ porcius et cenſoriꝰ dictus ē: alter vticenſis qui ſeipſum vticę interfecit: ne in Cęſaris manꝰ viuus veniret. Hic viua virtutum imago vocatur a Sene. et exemplar viri ſapientis. De quo. Quin. Hic inq̄t niſi credit̄ fuiſſe ſapiens vix ſcio cui reliquerit huius nois locū. De cenſorio. Sene. ad Luc. M. Cato cēſorius quē tā neceſſariū reip. fuit naſci q̄ꝫ Scipionē. Alter eīn cū hoſtibꝰ nr̄is bellū: alter cū moribꝰ geſſit Dio. hiſtoricus grecus την τε γίρωσ εκωρ δη τεσωρ περιελαβε και κατεφιλησε και αναβοησασ ει πενεχωσε αφρικη ειχωρ δε αυτην το τεκατωρ και σκηπιωρ και του ιοβαρ τορ λιβυηρεχορτεσ συμμαχορ. Hic fuit optimꝰ orator: optimꝰ ſenator: optimꝰ imꝑator/qui librū de re ruſt. origines ⁊ orōnes ſcripſit: fert̄ a Plutarcho ꝙ. M. Cato vxorem ⁊ filiū perdiderit inducta noua victus ⁊ medicinę formula.

Catus animal muriceps fe. ge. ſm̄ Ser. lib. de grecis latiniſqꝫ noībus. Cati etiam populi ſunt Germanię ſicambris vt inquit Stra. finitimi.

Catulus penul. cor. ꝓprie ſignificat Cati hoc eſt felis filiū propter ſagacitatē. Var. Catulus a ſagaci ſenſu et acuto. Sed ponitur large ꝓ omni ferarū filio ſiue immaniū ſiue mitiū. Vn̄ de colubro. Virg. Catulos tectis atqꝫ oua relinquens ⁊ de leonibus. Ply. Raptor appropinquāte tigridis fremitu abiicit vnū ex catulis. Ply. Simię geſtant catulos q̄s māſuefactę intra domos peperere. Idem. Muriū quoqꝫ catuli oſtentum faciunt. Idem Delphinū catulos nominat Lacertarū quoqꝫ ⁊ ceterorū ſerpentiū filii catuli dicuntur. Hinc fit aliud diminutiuū catellus. Accipit̄ q̄nqꝫ catulus pro ipſo cane. Apul. Catulos ſecū ducēs venaticos atqꝫ ſagaces. Interdum pro quodam vinculi genere qđ etiā canis đr. Plau. Faciā te delicatum catulo vt accubes ferreo. Et Catulus nomen fuit viri romani. De quo Lu. lib. ii. Et catulo iacuit lepidus. Hinc Catulaſter catuli imitator: ſic ab Antonio antoniaſter. Catulaſter etiam ſignificat ipſum catulū hoc eſt paruū canem ſiue filiū. Catullus vero ꝑ duplex ll. nomē eſt veronenſis poetę. A catulo (vt Varro inquit) fit canis anial latrabile.

Catulinus a. um. quod ex catulo. Vnde Plau. Catulinam carnē eſitauiſſe romanos oſtendit.

Catularia porta Romę dicta eſt: q2 nō longe ab ea ad placandum caniculę ſidus frugibus inimicum rufę canes immolabantur: vt fruges flaueſcentes ad maturitatem perducerentur.

Catulire eſt geſtire ⁊ coitū maris appetere. Var. Femurę principium admittendi faciunt veris principio. Tū eīn dicunt̄ catulire. i. oſtendere ſe velle maritari. Plau. Quin meā vxorē vidi catulientē. Hinc catulitio q̄ đr cū canes maritari querunt quo etiā tp̄e terra aperit̄. Ply. Catulitionē ruſtici vocāt geſtiēte natura ſemina accipe: eaqꝫ animā inferente oīnibꝰ ſatis.

Caua e. foramen in quo aues nidificant. Ply. Multo tamen efficaciſſime ripariarum pulli ita vocant in riparum cauis nidificantes.

Cauus a. um. ꝓprie concauū vacuū a chaos quod q̄ſi vorago quedam erat inanis. Virg. Tum dea nube caua tenuē ſine viribus vmbrā. Cauus locus cauatꝰ ſeu elibuſo vulgo đr ꝯcauus. Var. Facere his cauos oportet laxiores vbi pullos parere poſſint. Colu. li. xii. Deinde cauū quē feceris ſurculo obturato. Idē ſcribit cauum eſſe locum qui inter ędium parietes relinquebatur patulus vt eſſet.

Cauedium. vt Ply. iunior in epiſtolis dictione mutilata ſiue cauū ediū vt Var. dictione integra. Locus eſt ſub dio vacuus cinctꝰ vndiqꝫ porticibus ad cōem omniū vſum. Huiꝰ tria ſunt genera. Tuſcanicū corinthium tetraſtylon diſpluuiatū ⁊ teſtudinatum.

Cauo as. fodio euacuo. Plynius lib. xxxvi. In ſyphno lapis eſt q̄ cauat̄ tornat̄qꝫ in vaſa coquēdis cibis vtilia: huius cōpoſita ſūt cōcauo/excauo/ ⁊ recano pe. cor. Ouiđ. lib. ii. me. Eſt locus in geminos vbi brachia cōcauat arcus. Hie. ad Euſto. Quot petras excauet ⁊ habitet coluber in foraminibꝰ earum.

Cauea a cauo fit: ſignificatqꝫ locum ſub terra vacuum atqꝫ obſcurū. Qm̄ vero in huiuſmodi locis eſſe ꝯſueuerūt ferarū cubilia caueas ꝓ ipſis ferarū receptaculis vſurpamꝰ. Apul. Beſtiā factū immittimꝰ cauee. Sue. Beſtiarū more q̄drupedes cauea coercuit. Et ab hax ſilitudine ꝓ ſeptis ex ligno: ſiue ex ebore aliave materia factis in q̄bꝰ auiculas tenemꝰ q̄s vulgo etiā caueas vocāt. Aug. lib. iii. de ci. dei. Volauerāt pulli de cauea ⁊ Mancino ꝯſuli auguriū malū fecerāt. Plau. in Cur. Quia eīn in cauea ſi forēt cōcluſi itidē vt pulli gallinacei. Itē Cauea eſt area in medio theatri in qua equitū ſubſellia ꝯſtituta eſſe ꝯſueuert̄ ꝙ velis tecta cauee ſilitudinē haberent. Virg. Hic totū cauee ꝯſeſſum. Plau. in Amphy. Vt conquiſitores ſinguli in ſubſellia eant ꝑ totā caueā ſpectatoribus. Quādoqꝫ ponit̄ pro populi conſeſſu.

Cauerna dicitur quia caua grece crypta dicit̄ hoc co-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

cauitas quędam terrę vacua atq; obſcura. Unde cauernoſus a. um. ꝓ loco paſſim vacuo ꝛ veluti cauernis pleno.

Caucaſus penul. cor. mons Indię editiſſim⁹ ad ſeptētrionem verſus Sythas Indiã a Scythia dirimẽs aſper ꝛ inhoſpitalis. Uirg. Sed duris genuit te cautibus horrẽs caucaſus. Hic fert̃ ſyderib⁹ proximus vñ aſtra maiora viſunt̃: ꝛ eoꝝ ortus occaſuſq; diligẽter ꝑſpiciunt̃. A Caucaſo fit Caucaſeus a. um. Uir. Caucaſeaſq; refert volucres.

Cauda/quam veteres etiã codam dicebant. Inde caudati ꝛ codati dicunt̃: qui caudas habent. Interdum ponit̃ cauda ꝓ virili mẽbro. Hor. in Ser. Quecũq; excępit patienter verbera caudę. Idez lib. j. Accidit vt quidã teſtes Caudãq; ſalacẽ demeteret ferro.

Caudacus ſignificat ſuauem et manſuetum.

Caudex pro cautex d. pro t. poſito. Similiter ꝛ codex dicitur prima pars arboris cui radices adherent. Liber ſiue tabula. Lactan. Caudice deſecto lachrymat ſua gaudia palmes. Uirg. Quin ꝛ caudicib⁹ ſectis mirabile dictu. Et caudex eſt pluriũ tabularum contextus: vnde tabulę codices dicuntur: ꝛ naues quib⁹ commeatus ſubuehunt̃ caudicarię ſiue codicarię appellant̃. Unde Apius Claudius Caudex cognominatus eſt qm̃ prim⁹ romanis ꝑſuaſit nauẽ ꝯſcendere. Sene. de breuitate vitę. Claudius is caudex fuit ob hoc ipſum appellatus q: plurimũ tabularũ cõtext⁹ caudex apud antiquos vocat̃. Unde publicę tabulę codices dicunt̃. Ponit̃ et pro duro ſedili ſeu ꝓ ſede meretricia q̃ plerũq; ex trũcis fieri ſolet: Iuue. Horrida quale facit reſidens in codice pellex.

Caudicalis: ad caudices ſcindendos idoneus. Plau. in Pſe. Te cũ ſecuri caudicali preficio ꝓuincię.

Caudis oppidũ Samnij. Unde caudinę furcę ꝛ caudinę fauces nobilitate inſigni clade ꝛ ignominia quã romani exercitus ſub Sp. poſthumio a ſamnitibus acceperunt.

Caudicarię naues quę cõmeatus per tyberim ſubuehunt ꝙ ex lignis groſſioribus cauatis fierent. Fitq; a caudice dum pro trunco ſeu tabula ponitur quę et codicarię dicuntur.

Caueo es. caui cautum: ſignificat fugio/vito. Ambro. Caueatur iracundia: aut ſi precaueri nõ poteſt cohibeatur. Interdũ cauere eſt attendere ꝛ diligẽter prouidere: vt Caue tibi. i. attende ꝛ ꝓuide ne quid mali tibi accidat. Uale. max. Caue tibi Roma. Plau. Caue nemo id intelligat. Interdũ ſignificat abſtinere. Et tunc cum ablatiuo mediante ꝓpoſitione conſtruitur q̃uis in ſenſu idem ſit cũ fugio. vt Caue ab illo. Caue ab errore: qđ eſt abſtine ab errore ſeu fuge errorem. Et ſic ſemꝑ habet in ſe negationem ſicut alia verba prohibitiua: vñ rectius dicit̃ Caue facias: q̃ caue ne facias: cum tñ idem ſit ꝛ vtroq; modo dictũ reperiat̃. Cice. Treba. Tu qui cęteris ne ab eſſedarijs decipiaris caueto. Proper. Tu caue ne triſti cũpias pugnare puellę: dicim⁹ etiã Caue vt facias hoc. Inuenitur ꝛ cauo is. in eadẽ ſignificatione. Hora. in Ser. Uade vale caue ne titubes: mãdataq; frãgas. Ubi ue ſyllaba exiſtente breui impatiui modi. Caue ꝯiugatiõis tertię eſſe ꝯuenit: nã caue a caueo ꝓducit ue. Hinc cõponitur ꝓcaueo qđ eſt diligenter caueo. Teren. Hoc tẽpus ꝓcauere mihi me monet.

Cautũ eſt ſignificat ꝓuiſum eſt. Cautio eſt: Cautione opus eſt; ſeu ꝓuidendũ eſt.

Cautus ꝛ per ſyncopã catus: ſumit̃ pro hoïe prudenti qui ſibi ſcit cauere. Et nõnunq̃ ꝓ re cui cauet̃. Cice. pro Ceci. Quo res mulieri eſſet cautior. Uñ incautus qui neſcit ſibi cauere. Liu. lib. iij. In incautũ hoſtem de cumana porta erupit.

Cautes; vide in dictione cos cotis.

Caurus ventus ab occaſu flans qui ꝛ corus dicitur.

Cauilla e. Cauillum ꝛ cauille: irriſio quedam iocoſa: vulgo ſcritiũ ſiue calmo dicit̃. Plaut. Pone hoc ſit aufer cauillã. Idẽ in Tru. Poſtq̃ in vrbẽ crebro hic factus ſum cauillator probus. Quid id eſt amabo. Iſtec ridicularia cauillationes vis opinor dicere: ita vt pauxillum differat a cauillibus.

Cauillo as. et cauillor aris. deponens a caluo is. fit i littera abiecta ſignificatq; fallacia ꝛ dolo vtor. Uñ Boe. ſuper Top. ſcribit cauillationem partẽ quandam logices eſſe cum inquit. Colligendi facultas triplici diuerſitate tractatur. Aut enim veris ꝛ neceſſarijs argumentationibus diſputatio diſcurrit: et diſciplina vel demonſtratio dicit̃. Aut eñ probabilibus et dialectica dr̃. Aut apertiſſime falſis ꝛ ſophiſtica ꝛ cauillatoria ꝓhibet̃. Sic a Sene. et Cice. Cauillationes dixerũt q̃ grece ſophiſmata nũcupant̃. Ulp. Cauillationis natura quã gręci ſophiſticam appellauerunt: hęc eſt: vt ab euidenter veris per breuiſſimas mutationes diſputatio ꝑducat̃. Caius iurecõ. diffinit ꝙ ſit ſubdola ratio quam conſcij nobis mendacij vincẽdi tñ cauſa ꝓferim⁹. Cice. lib. ij. de ora. accipit cauillationẽ ꝓ generali quodã facetiarũ genere tãq̃ ſcõmate faceto ꝛ cauillo dicaculo ꝛ faceta vrbanitate cũ inquit. Cũ duo ſint facetiarũ genera. Alterum ęqualiter in omni ſermone fuſum. Alterũ peracutũ et breue: ſuperior cauillatio: altera dicacitas noïata eſt. Idẽ lib. iiij. de natura deoꝝ. Cauillari pro cauillũ dicere accipit. Atq; etiam in eo cauillatus eſt: ęſtate grauẽ eſſe aureũ amiculũ hyeme frigidũ. Sueton. in Ueſpa. Et maxie tñ decacitatẽ in deformibus lucris affectabat vt inuidiam aliqua cauillatione dilueret: transferretq; ad ſales: al's ſignificat irriſionẽ.

Caula latine ſtabulũ dicitur in quo oues recondunt̃. Addita c αυλη qđ non ſolũ atriũ vel aulã: ſed etiã ſtabulũ ꝛ omnia ſepta deſignat. Feſtus a cauo caulã deriuat ꝙ antiqui ante vſum tectorum oues in antra ducebant: ſciebat ne grece: απο Ιωρ καυλορ. Nã etiã nunc fiunt ex viminibus.

Caulis: in herbis dicitur ipſum robur ſiue ſtipes: id ẽ ea herbę ꝑs vñ ſe ꝓducũt folia aut ramuſculi. Ply. lib. xviij. Sz maior pars malũt fabalia mature ſationis q̃ trimeſtrẽ fructũ ei⁹. Nãq; ſiliquę cauleſq; gratiſſimi ſunt pabulo pecori. Et accipit ſiliquas ꝓ corticibus: caules ꝓ ſtipitibus. Idez de gẽtiana. Folio fraxini ſed magnitudine lactucę. Caulę tenero pollicis craſſitudine cauo ꝛ inani ex interuallis foliato trium aliqñ cubitorũ. Sed qm̃ nulla penę herba maiorem caulẽ habet q̃ braſſica: ideo ꝓ braſſica ponitur. Similiter in arboribus ꝛ in vitę.

Caulis dicit̃ robur ad quẽ alimentum defertur ꝛ intelligitur qđ ſupra terrã exurgit. Planta eſt radix vnde alimentũ attrahit̃ a terra. Ramus qđ a caudice exit. Surculus qui e ramis oritur. Uar. Et ſarmẽto caules q̇ nati ſunt de his plurimũ valent. Uirg. lib. xij. Puberibus caulẽ folijs. Ponitur et ꝓ quibuſcunq; holerib⁹. Iuue. Spes hoĩ: caulis miſeris atq; ignis emendus: qñq; ꝓ cauda. Ply. lib. xj. Boum caudis Longiſſimus caulis atq; in ima parte hirtus. Idem Aſinis longior q̃ equis ſed ſetoſus veterinis leoni infima parte vt bob⁹ et Sorici ꝛ pantheris: nõ itẽ vt vulpib⁹ et lupis villoſus: ſues intorquẽt. Canũ degeneres ſub aluũ reflectunt. Qñq; ſicut docet Ser. ſumitur ꝓ virili mẽbro. Qñq; ꝓ ferro: et pro quolibet haſtili. A caulis fiũt cõpoſita vnicaulis ꝛ multicaulis. Idẽ lib. xij. Eſt et illa differentia ꝙ quedã in his multicaulia ramoſaq; ſunt vt carduus.

Cauliculus diminutiuũ. Ply. Hic eſt quidã ipſorum cauliũ delicatior teneriorq; cauliculus.

Caulesco is. a cauleo eſſe conuenit. Eſt aũt caulescere

virgā fieri: licet q̄nqꝫ ponaꝛ ꝓfolia ꝓducere. Unde ⁊ decaulescere cōtrariū qđ ſignificat ſine folijs fieri. Ply.lib.xix. Raphanus vti iucūdior detractis folijs anteqꝫ decaulescat.

Caulon oppidū quod a Plynio collocaꝛ in prima regione italię. Et Stra.in.vi. Cauloniā appellat a locris conditā: vbi vinū optimū naſcitur. Aulon vero eſt mons calabrię contra tarentinā regionē vt inquit Porphirio feraꝛ boni vini: cuiꝰ meminit. Mar. Nobilis ⁊ lanis ⁊ baccho fertilis aulon.

Cauma atis. latine calor. ἐξ τοῦ καίω μάι λέγεται. Cauſis combuſtio: et caulon ęſtus ſeu ardor.

Cauſia al's cauſea: tegimen capitis aptū calori. Ual. Max.lib.v. Queādmodū Antigonus caput Pyrrhi texit cauſia qua velatū caput more macedonum habebat. Cauſis em̄ grece: latine combuſtio.

Cauſon ęſtus. Inde ab Hippocrate et Auicenna cauſon febris ęſtuans appellatur.

Caunus inſula in mari oceano ⁊ ęſtate ⁊ autumno peſtilens propter ęſtus ac pomorū copiā. Unde Caunij colore admodū viridi pallenteſqꝫ exiſtūt in quos olim Stratonicus citharedis verſu Homerico ita iocatus eſt. Tale quidē genus eſt hoim quale eſt foliorū. Ab hac ciuitate aduehebanꝛ fici caunee dicte. Cic.lib.ij. de diui. Cū M. Craſſus exercitū brūduſij imponeret quidā in portu caryeas cauno aduectas vendens cauneas clamitabat.

Caupo ge. cōis tabernariꝰ hoc ē ęſculentoꝝ poculorūqꝫ etiā vēditor. Ulp. Caupones ⁊ ſtabularios ęque eos accipiemꝰ q̄ cauponā vel ſtabulū exercent.

Caupona vocaꝛ tā mulier q̄ vinū vendit qꝫ ipſa taberna vinaria.

Cauponius a.um. qđ ad cauponē ptinet: vt ars cauponia. Iuſt.lib.j. Iuſſitqꝫ cauponias ⁊ ludicras artes ⁊ lenocinia exercere.

Cauponaria e. ars cauponandi.

Cauponor penulti. pro. ſignificat lucri cauſa quaſi ad cauponē vendito. Enniꝰ. Non cauponātes bellū ſed belligerātes. Ferro nō auro vitā cernamꝰ vtriqꝫ

Cauſa ꝓprie dicitur id ex quo vel ꝓpter qđ vel per qđ vł a quo aliquid fit. Unde quattuor cauſarū genera ſcripſit. Ariſt. Materialē ex qua aliq̄d fit. Formalē per quā aliq̄d tale fit. Efficientē a qua aliquid fit. Et finalē cuius gratia aliquid fit. Per tranſlationē tamē cauſa dr̄ oīs actio quā in ſenatu vł in foro habemus. Un̄ tria eſſe cauſarū genera ſcribit Cice. demonſtratiuū deliberatiuū ⁊ iudiciale. Ex his tn̄ magis ꝓprie cauſa dr̄ q̄ iudicialis eſt. Un̄ ⁊ cauſam ꝓ lite ac ꝯtrouerſia poniuꝰ. vt Cic. diligēter egit cauſā Milonis. Hinc cauſidici dicunꝛ patroni q̄ in cauſis iudicijſqꝫ verſantur. Interdū cauſa dicitꝛ occaſio. Terē. in Eu. Iā diu aliquā cauſam querebat quāobrē aliq̄d inſigne faceret. Interdū dr̄ excuſatio: vt honeſta ē cauſa mei diſceſſus. Interdū ratio. Ouid.lib.j. faſ. Tēpora cum cauſis latium digeſta per annū. Interdū dr̄ origo. Un̄ ⁊ quidā cauſam a caſu dictā exiſtimant ꝙ initia ⁊ origines rerum quę cauſę ſunt caſu eueniant. Nōnulli a chaos detracta aſpiratione ꝙ cōfuſa illa materia prima omniū cauſa fuerit. Alij a gręco καίσιο qđ ardorē ſeu incendiū ſignificat ꝙ cauſa ſit quę nos accēdit ad aliq̄d agendū. Alij a cauēdo ꝙ ea ſit q̄ cauet vt aliquid agaꝛ: aut nō agaꝛ. Et cauſa pars appellaꝛ. Luc.lib.j. Uictrix cauſa deis placuit ſ3 victa Catoni: diminutiuū a cauſa eſt cauſula.

Cauſatiuus a.um. qđ eſt cauſa vt aliquid fiat: vt nimia repletio eſt cauſatiua infirmitatis: qꝫuis etiam aliq̄n cauſatiuū dicaꝛ qđ an̄cedentē cauſam ſignificat: ſicut et caſuale: vt coniūctiones cauſales ſeu cauſatiue.

Cauſarij milites dicunꝛ a Li.lib.vij. qui ꝓpter honeſtā cauſam puta valitudinem a militia ſoluuntur: quaſi valitudinarij ſiue ſontici aut qui omnino cauſā et admonitionē habebant ex morbo ſenectute ve. Tertiꝰ inquit exercitꝰ ex cauſarijs ſenatoribuſqꝫ a. T. Quintio conſcribatur: q̄ vrbi męnibuſqꝫ p̄ſidio ſit. Sic cauſaria miſſio dr̄ per quā milites ſoluunꝛ a ſacramento militari. Ulp. Cauſaria inquit miſſio eſt: que ꝓpter valitudinē laboribus militię ſoluit.

Cauſo as. induco efficio. Hiero. ad Euſto. Sępe etenim in fabis ⁊ ordeaceis panibꝰ nimia auiditas grāde peccatum cauſat.

Cauſor aris. deponens: ſignificat rei geſtę cauſā affero ſeu reperio: et excuſationē adduco. Sue. Syllanum itē ſocerū ad necem ſecandaſqꝫ nouacula fauces cōpulit cauſatꝰ ꝙ ſe ingreſſum turbatius mare nō eſſet ſecutus. Gel. Negociū ſibi eſſe cauſaꝛ. Uirg. Cauſando noſtros in longū ducis amores. Cauſari etiā culpare eſt. Hiero. cōtra Uigil. Cauſabanꝛ quondā apoſtoli ꝙ periret vnguētū: ſed dn̄i voce correcti ſūt. Idē contra Ruſi. Quicquid em̄ me nō feciſſe cauſaris quare nō ipſe feciſti?

Cauſificor: cauſam dico. Plau. in aul. Non cauſſificor quin ego illā habeam potiſſimum.

Cauterium: inſtrumentū eſt quo notę imprimuntur: et morbi alioquin inſanabiles inuri ſolēt. Preterea cauteriū in pictoꝝ inſtrumētis cōtineꝛ quo bituminationes ⁊ fortiores queqꝫ cōglutinationes concoquunꝛ.

Cayſter fluuiꝰ Lydię ſardibus ꝓximus ἀπὸ τοῦ καίεσθαι hoc eſt amburi qm̄ ꝓpinquus ſit catace caumene quę pars eſt Epheſię p̄torrida ⁊ deuſtę ſimilis nulla p̄ter vitē arbore ſ3 vino p̄ſtantiſſimo qđ Uictr. et Ply. catacecaumenitem ex hac origine denoīant. Hinc Cayſtranꝰ campus. Stra. Poſt egreſſum cayſtri amnis lacus eſt ſelenuſius cognomine in alterū ſtatim lacum interfluens.

Cayſtrus femi. ge. vrbs eſt Cilicię mediterranea.

## C Ante E

Cecrops: primꝰ athenienſiū rex qui annis quinq̄ginta regnauit. Hic athenas inſtaurauit. A cecrops fit cecropius a.um. poſſeſſiuum. Uirg. lib.iiij. Georgi. Cecropias innatus apes amor vrget habendi. Cecropis idis. patronymicū fęmininū. Et Cecropide athenienſes dicti ſunt. Suidas noſter. κέκροψ αἰγύπτιος ὢν τὸ γένος ᾤκησε τὰς ἀθήνας ὅθεν κεκροπίδαι οἱ ἀθηναῖ.

Cecryphalea ꝓmontorium ſeu inſula in peloponneſo vbi athenienſes ab egyneptis prelio ſupati fuerunt.

Cedo is. ſſi. ſſum. vide in dictione cedo is.

Cedrus: arbor maxima q̄ in ędificijs vtilitatē p̄ſtabat: eo ꝙ hmōi materies ⁊ procera ſit nec oneroſa parietibꝰ. Eius folia ad cupreſſi ſīlitudinē reſpondēt lignū iucūdi odoris ē et diu durans nec a tinea vnqꝫ exterminaꝛ. Uirg. lib.ij. Geor. Dant alios alię fetus dāt vtile lignū Nauigijs: pinos domibuſqꝫ cedrum atqꝫ cupreſſos. Ex hac arbore naſcitꝛ oleum qđ cedreū dr̄ vt Uictru.ij. inquit. Quo reliquę res cum ſunt vnctę vti etiā libri a tineis ⁊ carie non ledunꝛ. Iuxta quem ſenſum Perſi. dixiſſe videꝛ. Et cedro digna locutꝰ. Hinc fit nomē poſſeſſiuū Cedrinus a.um.

Cedrea primus ſudor qui defluit in canali dum pix fit: cui tanta ē vis vt in ęgypto corpora hominū defunctorū ea perfuſa ſeruentur.

Celene pluralis nūeri tm̄: fuit vrbs phrygię. Luc. Lugent damnatę Phebo victore Celene. Poteſt tamē declinari ſingulari nūero Celena e.

Celeno cū diph. fuit vna ex harpyis: et atrum ſeu tenebroſum ſignificat: grece κελαινός.

Celebris ⁊ hoc celebre penul. cor. diſtinguiꝛ a frequēti ꝙ frequens dicaꝛ creber de loco: ſiue de re aīata: vt frequens miles: frequēs ſenatus. i. creber copioſus: multus: frequētes domꝰ. i. crebrę multę. Aliq̄n dr̄ ꝙ